This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`



A


VE RI TAS
HARVARD·COLLEGE·LIBRARY
IN MEMORY OF
JAMES JACKSON
LOWELL
FIRST SCHOLAR OF THE CLASS
OF 1858 ✣ LEFT THE LAW
SCHOOL AT THE OUTBREAK
OF THE CIVIL WAR TO JOIN
THE 20TH MASSACHUSETTS
VOLUNTEER INFANTRY
MORTALLY WOUNDED AT
THE BATTLE OF GLENDALE
JULY 30TH 1862
FROM THE GIFT OF HIS SISTER
HARRIET LOWELL PUTNAM
M·CM·XVII

SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE LA MORINIE

CARTULAIRES

DE L'ÉGLISE

DE

TÉROUANE

PUBLIÉS

PAR TH. DUCHET & A. GIRY

SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE LA MORINIE

SAINT-OMER
IMPRIMERIE FLEURY-LEMAIRE, RUE DE WISSOCQ

1881

4025
2

CARTULAIRES

DE L'ÉGLISE

DE

TÉROUANE

SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE LA MORINIE

CARTULAIRES

DE L'ÉGLISE

DE

TÉROUANE

PUBLIÉS

PAR TH. DUCHET & A. GIRY

SAINT-OMER
IMPRIMERIE FLEURY-LEMAIRE, RUE DE WISSOCQ
—
1881

Fru 7088.60.10
V A

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
APR 5 1962
Lowell

CARTULAIRES

DE

L'ÉGLISE

DE

TÉROUANE

I

De collatione altarium a Drogone episcopo facta.

(1069).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Drogo, Cristi favente gratia, hujus sancte Teroannensis ecclesie pontificali cathedra sublimatus, ipsius ecclesie canonicorum prebendam, propter depopulantium insolentiam, inveni egestate nimis attenuatam; quorum compatiens penurie, pro redemptione animarum, scilicet, Roberti, regis Francorum, et Henrici filii ejus et successorum eorum et anime nostre, antecessorumque nostrorum, ex altaribus que juris nostri erant, retento synodali censu, eorum decrevi subvenire indigentie. Quod, quia ratum haberi cupimus, synodali auctoritate confirmare statuimus, hec subnotata nostra depromit cartula : scilicet, altare de Bomi, et de Nieles, et duas partes altaris de Blaringe- A pièce CXXVI

hem, et Hothkerche, et Pollinghehove, et Isecca, et Wilra, et Wistaltare, et Praura, et Hukelirs, et Burtes, et Wichingehem, et terciam partem altaris de Flidmis et Sperleca. Addo etiam ecclesiam de Pernis cum quinque diurnis terre, juxta eandem ecclesiam sitis, ad refectionem fratrum, die depositionis mee, singulis annis ; que talis sit qualem solitus est dare canonicus in adeptione prebende. Actum est hoc Tervanne, anno incarnationis dominice M° LX° VIIII°, regnante rege Philippo, anno secundo, indictione VII. Signum Drogonis episcopi ; S. Huberti, S. Warneri archidiaconorum ; S. Geroldi decani ; S. Grimoldi cantoris ; S. Jodonis ; S. Ernulphi ; S. Walteri ; S. Richeri ; S. Ernulphi advocati ; S. Balduini de Hupem ; S. Adelonis ; S. Regineri ; S. Gerardi Godnach ; S. Ernulphi ; S. Iberti ; S. Sichardi ; S. Eustacii ; S. Galandi.

De Walaines et de Popelinghem.

(1070).

A. pièce CXXXV. In nomine sancte et individue trinitatis. Precedentium patrum traditione institutum est, ut quicquid memorie in posterum commendari oportet, litteris reservandam inseratur. Quapropter ego, Geloldus, decanus ecclesie Tervannensis et ceteri canonici, annuente domino nostro Drogone episcopo, concedimus Ernulfo et duobus hereditariis Ardam tenentibus, que Balduinus prepositus, patruus ejusdem Ernulfi, pro redemptione anime sue atque parentum suorum, sancte Marie, additis in eadem ecclesia pro ipsis et aliis rebus sex canonicis, tradiderat : in villa Walainis, omnem suam partem, scilicet sextam, et in Pipelingehem, similiter eandem suam partem, et in eadem villa, terram ad carucam unam, pro anima Elbodonis, patris predicti Ernulfi, nobis datam, nec non etiam in eadem villa, terram ad carrucam unam, pro anima Ernulphi patrui sui datam, ea siquidem ratione, ut omnibus diebus quibus vixerint, unoquoque anno, in festivitate sancte Marie que VI° idus septembris celebratur, X solidos nobis persolvant. Post discessum vero eorum, ad usum canonicorum predicte terre revertantur. Si quis igitur hanc constitutionem nostram violare presumpserit, iram Dei sancteque Marie incurrat, legeque coactus, X libras auri persolvat. Actum Tervanne anno incarnationis dominice M° LXX° indic-

tione VIII, regnante rege Philippo anno IV° et Drogone XLII. S. Drogonis ; S. Huberti archidiaconi ; S. Ernulfi archidiaconi ; S. Geroldi decani ; S. Grimelandi ; S. Jodonis ; S. Goscelini ; S. Richeri ; S. Ernulfi advocati ; S. Alulfi de Nieles ; S. Balduini de Hupem ; S. Alulfi clerici. Eodem die, lege eadem, persolvent II solidos pro cultura quadam que est in villa Terdingehem, quam mater ejus Ernulfi, Alaidis dedit.

3

De Ellembom et de Morcamp.

(1073. 6 novembre).

Quoniam usus obtinet ecclesie que intentione boni fiunt ut rata maneant scripti memoria posteris indicare, ego Drogo, divina clementia Morinorum antistes, pactum, quod hujus ecclesie canonicis habui, tam futuris quam presentibus notum fieri volo. Quadam olim necessitate coactus, fratris Geroldi decani ceterorumque fratrum istius adii presentiam, devote expetens ut quoddam suum altare, situm in villa que dicitur Morcamp, cum capella que est in villa Elembom, michi mutuo darent. Illud enim coepiscopo nostro Goifrido Parisiacensi pollicitus eram et nequaquam illi, absque majori dampno, retrahere poteram. Et ut libentius adquiescerent petitioni mee, quod michi primum tantumdem valens aut potius adaperiret, pepigi eis dare, ipsumque idem, morte illius cui pepigeram, ad mensam eorum redire. Qui, petitioni mee adquiescentes, eo tandem ratione concesserunt ut quotannis vite espiscopi Goifridi, ipsius altaris censum ad me pertinentem, me annuente, investituram haberent. Quod ego laudavi et laudatum hoc scripto confirmavi. Actum est hoc in ipsa Morinensi beate Marie ecclesia, coram universali sinodo, XIII[1] idus novembris, astantibus bonis et idoneis testimonio personis, anno dominice incarnationis M° LXXIII°, indictione XI, regnante Philippo in Francia anno XIII°, regente Drogone Morinense episcopium anno XLVII. S. Huberti archidiaconi ; S. Ernulfi archidiaconi ; S. Geroldi decani ; S. Jodonis ; S. Goscelini ; S. Erluini ; S. Balduini ; S. Seigardi ; S. Hunfridi ; S. Raimari ; S. Ingelranni ; S. Milonis.

A. pièce CXXVII

[1] Il faut probablement lire, VIII.

4

De institutione quorumdam anniversariorum ad preces Drogonis episcopi.

(1073).

A, pièce CXXVIII. In nomine sancte et individue trinitatis. Notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quoniam Drogo, Morinorum episcopus, pro spe retributionis eterne, pro peccatorum suorum absolutione, canonicis sancte Marie Morinensis ecclesie concessit medietatem hodii et duos arpennos terre in villa que dicitur Pernes, illam videlicet partem quam Milo, Parisiensis clericus, in beneficium tenebat de supradicto episcopo. Factum est autem hoc, petitione et acquisitione Balduini, morinensis canonici qui tanta dedit Miloni de suis ut Milo in publico veniret et episcopo supradictum beneficium redderet. Concessit autem episcopus supradictis canonicis aliud beneficium, hoc modo, ut Balduinus teneat in vita sua de canonicis, persolvendo unoquoque anno, II solidos ad mensam fratrum ibidem famulantium in festivitate sancte Marie que VI idus octobris est. Post mortem vero Balduini canonici, supradictam decimam et terram quiete teneant, possideant, sine ulla repetitione aut infestatione alicujus hominum. Canonici vero quoto anno faciant anniversarium Drogonis episcopi, cum pro hoc beneficio, tum etiam pro multis aliis que ecclesie supradicte contulit. Faciant etiam anniversarium Goscelini, fratris Balduini, necnon et ipsius Balduini, postquam defunctus fuerit. Ut autem hoc donum firmiter teneatur et a nullo, suadente diabolo, infringatur, ex precepto Drogonis episcopi hec carta conscribitur et in plena sinodo recitatur ut excommunicationi et perpetue dampnationi subjaceant omnes qui hujus scripti violatores extiterint. Acta sunt hec, anno dominice incarnationis M° LXXIII, indictione XI, regnante rege Philippo, et Roberto comite in Flandria. Signum Drogonis episcopi ; S. Huberti et Ernulfi archidiaconorum ; S. Geroldi, decani ; S. Grimelandi, S. Jodonis, S. Goscelini, sacerdotum ; S. Erlewini, S. Wiberti, S. Odonis, levitarum ; S. Roriconis, S. Raineri, S. Bernardi, subdiaconorum ; S. Milonis, Parisiacensis decani ; S. Balduini prepositi ; S. Sichardi ; S. Reimari ; S. Guntfridi ; S. Engelramni ; S. Ernulfi atque cunctorum in illa sinodo residentium.

5

De libertate hominum episcopi contra advocatum.

Sans date (1084-1099).

Notum sit presentibus et futuris, Teruannensis ecclesie filiis, aliquando contentionem extitisse inter domnum Gerardum episcopum et Eustachium advocatum, de hominibus ad custodiam sancte Marie ad cameram episcopi pertinentibus, quos illicite idem Eustachius vinculis mancipabat, bona eorum subripiebat et hanc tantam injuriam sui esse feodi asserebat. Que tandem contentio in presentia Roberti comitis senioris per recognitionem comparium suorum, Roberti pincerne, Arnulfi archidiaconi, Balduini de Hupem, Oilardi, Manteti, Ernulfi et aliorum ita determinata est: scilicet, nil juris eum in predictis hominibus habere, nisi eos contigerit rebellare, et tunc, si ab episcopo aut custode vocatus fuerit, terciam partem forisfacti, sui juris esse. Diffinitum est etiam eum creditionem in burgo, de his que victui necessaria sunt, habere, usque ad XV dies, non tamen sine vadimonio quod valeat precium. Quod si infra dies XV, vadimonium redemptum non fuerit, is apud quem vadimonium tenebitur nichil ei, si non voluerit, credet. Et si hospitari in burgo vellet, si ostium apertum et domum hospitibus vacuam inveniret, licenter intraret; sin aliter, nisi per licentiam episcopi aut ministri ejus hospitari non posset. Sed rursus rem tam evidenter diffinitam transgrediens, supradictam injusticiam exercere cepit, cum tandem, justicia cogente, quod duos de supradictis hominibus ceperat, vadimonio emendavit ac se deinceps id non facturum promisit. Huic itaque concordie comes Robertus interfuit qui etiam hujus rei obsidem esse concessit. Interfuerunt quoque : Ilbertus archidiaconus ; Ernulfus archidiaconus ; Milo decanus ; Balduinus decanus ; Ansbertus custos ; Robertus Bituniensis ; Arnulfus de Arda ; Galterus dapifer ; Arnulfus et Segardus et Lambertus de Chochis, Robertus vicecomes ; Oilardus, Mantetus, Ernulfus frater ejus ; Hugo de Resbeca ; Balduinus de Hupem.

A. pièce CXXVIIII.

6

De Lensens pro D. Henrico Costar.

Sans date (1085-1093).

A. pièce CXXX. Omnibus Cristiane religionis fidelibus, istud notum presentialiter fieri volumus, quod post multorum constitutionem fundatorum sancte Tervannensis ecclesie, ei, pro Balduini sueque uxoris Teberge animabus, de Lentiaco liberaliter tota medietas datur. Set ne alicujus tirannica potestate ipsa ecclesiastica portio vastaretur, ei Henricus qui dicitur Costard, advocatus, tali conditione ponitur ut quicquid inde acceperit, absque ulla contradictione, congregatio predicte ecclesie medietatem habeat, et de remanenti parte, eidem similiter processu, unoquoque anno octo solidos in natale sancti Andree reddat. Ab hospitibus quidem ibi manentibus nullam extra villam constitutionem exigat. Actum est hoc Tervanne, regnante Philippo rege, atque Roberto Flandrensium comite. S. Girardi episcopi; S. Roriconis atque Arnulfi, archidiaconorum; S. Milonis decani; S. Fulquuini cantoris; S. Balduini presbiteri; S. Odonis presbiteri; S. Udonis; S. Hainfridi; S. Goscelini; S. Raineri; S. Bernardi; S. Alulfi; S. Eustachii advocati; S. Roberti vicecomitis; S. Hugonis; S. Balduini; S. Richardi; S. Alulfi; S. Lamberti.

7

De decem solidis apud Fienles.

Sans date (1093-1098).

A. pièce CXXXIV. Licet, Dei gratia, quidam nobilissimi viri, pro suarum redemptione animarum, predia ecclesiis conferant, et collata Deo et ecclesie laicorum testibus confirment, tamen ne aliquis sibi subripere quicquam valeat, fraude nefaria, oportet, juxta canonicas sanctiones, testibus conscriptis firmari que ecclesiis et Deo dicatis hominibus fuerint attributa. Quoddam itaque predium, tres partes unius caruce, a quibus possidet Rogerus mansionem apud Scithiut et quandam ipsius caruce partem a Sottheit Radulfus ad Brures tenet similiter et aliam Hadewidis de Finles una cum filio suo Chonone, nobis, Deo ecclesieque Morinensi famulantibus, pro viri

sui Chononis anima, indesinenter tradidit. Qua vero necessitudine, ut exigit rei eventus, VIII idus julii, diem anniversarii ejus canonice semper agimus. Hoc etiam ex utraque parte concensum *(sic)* fuit, quatinus unoquoque anno X solidos de terra supramemorata nobis Chono persolveret, et post ejus excessum, eandem teneret unus heres suus quamdiu viveret, ecclesieque libera deinde consisteret. Quicquid autem datum est sacris edibus perhenni stabilitate manere sancimus. Actum est hoc Teruanne, regnante Philippo rege, atque Roberto Flandrensium comite. S. Gerardi episcopi ; S. Helenandi Laudunensis episcopi ; S. Roriconis atque Arnulfi archidiaconorum ; S. Milonis decani ; S. Fulcuini cantoris ; S. Odonis custodis ; S. Balduini ; S. Raineri ; S. Bernardi ; S. Eustachii advocati ; S. Roberti vicecomitis ; S. Balduini de Hupem.

8

De altaribus a successione revocatis.

Sans date (1099-1130).

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Johannes, dei gratia Morinorum episcopus, notum fieri volo omnibus Cristi fidelibus presentibus ac futuris, quod, eo tempore quo sancte memorie Leo papa ecclesiam beati Remigii dedicavit, auctoritate apostolica ne laice persone altaria possiderent, facto generali decreto..... A. pièce XXIIII.

(Les 32 lignes suivantes de cette pièce ne présentent que quelques mots décousus).

..... Goscelinus; Walterus custos; [Fol]cuinus cantor; Effridus, Hugo, presbiteri ; [Hum]bertus, The[ob]aldus, Eustachius, ... Hugo, Girardus, Glorius, subdiaconi et multi alii.

9

De decem solidis quos debet ecclesia Andernensis [1].

Sans date (1114-1126).

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Goscelinus sancte Marie A. pièce CXXXIII.

[1] Cette charte a été publiée par Dachery, *Spicilegium*, t. IX, p. 390.

Morinensis ecclesie decanus, ceterique fratres, decimam Wastine terre Gisnensis comitis, quantum una carruca per annum arare poterit, quam habebamus in parrochia nostra de Pithem, abbati Andernensi et successoribus ejus libere et quiete in perpetuum tenere concessimus, pro qua, in synodo de Pentecoste, singulis annis decem solidos Boloniensis monete debet. Hanc terram dedit Manasses comes Gisnensis Andernensi ecclesie liberam cum comitatu. Nos vero, hujus terre decimam ab omnibus penitus rebus liberam concedimus, ut supradictum est, in perpetuum possidendam. Item, notificamus quod juxta illam terram, terram propriam habemus, decima cujus ad altare nostrum semper veniet, set de fundo ipsius terre, in festivitate omnium sanctorum, IIII solidos supradicte monete nobis persolvet. Hujus conventionis testes sunt et concessionis : Johannes episcopus, Herbertus archidiaconus, Goscelinus decanus, Galterus custos, Hugo Pullus, Effridus, Lanterus, sacerdotes, Lambertus insulanus, Eustachius, Bartholomeus, Balduinus, diaconi, Girardus, Gregorius, Robertus, Arnulfus, Balduinus, subdiaconi et canonici, vicarii : Clarboldus, Rainaldus sacerdos, Robertus Fernetz, dominus Maugerus abbas de Capella et abbas Rainaldus supradicte ecclesie.

10

De redditibus canonicorum.

(1120).

A. *(Mention d'après la table, le feuillet où était transcrite cette charte n'existant plus).*

11

(1123, 4 octobre) [1].

C. pièce LII. Calixtus episcopus servus servorum dei dilecto filio Otgero [preposito

[1] Dans un vidimus de Grégoire IX de 1234-35, 16 avril. Ce vidimus et l'original de la bulle de Calixte II, existent aux archives du Chapitre de Saint-Omer (II G. 58). L'original coupé à tous ses plis présente des lacunes presque partout où le copiste du XIII[e] siècle a laissé des blancs qu'à reproduits l'auteur du Cartulaire. Notre texte est celui de l'original. Les mots ou parties de mots en italique sont ceux qui ne se trouvent que dans le vidimus et le cartulaire, ceux entre crochets sont ceux que nous avons suppléés. Nous

ecclesie] Sancti Audomari, salutem et apostolicam benedictionem. *Com-mi*sse nobis apostolice sedis auctoritas nos *hor*tatur [1] ut locis et personis [subjectis legitime defensionis vel [2]] tuitionis presidium impendere debeamus. Quamobrem, dilecte in Christo fili, Otgere preposite, petitiones tuas clementer [3] admittimus et sancti Audomari ecclesiam, que *tibi, auctor*e deo, a venerabili fratre nostro Joanne Morinorum [4] episcopo commissa est, in qua videlicet venerandum ejus corpus requiescere creditur, sub beati Petri et Romane ecclesie tutelam protectionemque suscip*imus*. Universa enim, que in terris cultis et incultis, villis, mansis, pratis, aquis, aquarumque decursibus [5], molendinis, decimis et altaribus ad eandem ecclesiam inpresentiarum sunt vel in posterum fuerint pertinentia, et [6] presentis decreti pagina confirmamus. In quibus hec propriis duximus nominibus annotanda : altare videlicet sancti Martini, sancte Aldegundis, sancti Dionisii, sancti Sepulcri, sancte Crucis, sancti Michaelis ; altare de Escha [7] cum tota villa ; altare de Billecha [8] ; altare de Alvringhem ; altare de Lampernessa, libere et absque obsonio, preter duos solidos qui pro sancti Martini ecclesia, annis singulis, in cena domini, matrice ecclesie Morinensi [9] persolventur. Item, altare de [10] Adenkerka [11] ; altare de Ledersela [12] ; altare de Bullengezela [13] ; altare [de Sigeri Capella] ; altare de Rickespoud [14] ; altare de Bambeka ; altare de Arnuldi Capella ; altare de Sutkerka [15] ; altare de Fleternes cum decimis nove et veteris terre ; altare de Sancti Audom*ari Eccles*ia. Eidem quoque [16] ecclesie teloneum [17] ad eam pertinens confirmamus et specialiter quatuor denarios quos ipsius canonici in presencia domini Joannis Morinorum [18] episcopi tricennali [19] possessione se possedisse legitime probaverunt,

avons soigneusement noté toutes les fautes du cartulaire parce qu'elles peuvent servir à apprécier sa valeur.

[1] Hortamur (cartul.)

[2] Ces mots qui suppléent une des lacunes de l'original ne se trouvent que dans une copie d'un cartulaire du XIV[e] siècle des archives du chapitre de Saint-Omer (II G. 54, n° 32).

[3] Clementia (cartul.)

[4] Morinensi (ibid.)

[5] Aquarum discursibus (ibid.)

[6] Fuerunt pertinentes ei (ibid.)

[7] Esca (ibid.)

[8] Billech (cartul.)

[9] Morinensis (ibid.)

[10] Une lacune indiquée ici par le copiste du cartulaire n'existe pas dans l'original.

[11] Adunkercka (cartul.)

[12] Ledresele (ibid.)

[13] Bullezele (ibid.)

[14] Rexpoede (ibid.)

[15] Zuitkercke (ibid.)

[16] Eidemque (ibid.)

[17] Tolenium (ibid.)

[18] Morinensis (ibid.)

[19] Certenuali (ibid.)

eoquod [1] ejusdem loci burgenses illos ecclesie subtrahere nitebantur. Decernimus ergo ut nulli ergo omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare aut [ejus] possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere [2] vel quibus libet temerariis vexationibus fatigare ; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salvo nimirum episcopi jure ac debita reverencia. Porro in ecclesiis infra vel extra burgum ad beati Audomari ecclesiam pertinentibus lib[ere liceat presbyt]er[os], vicarios, prout ejusdem ecclesie utilitas rationabiliter poposcerit [3] immutare et decimas eorum de novis terris provenientes accipere. Malefactores vestros, si diocesanus episcopus justiciam de illis facere *negglexer*it, secundo tertiove commonitos, excommunicare, eosque satisfacientes, salvo episcopi jure, absolvere [vobis liceat], ita ut cum sentencia eadem nunciata eidem episcopo fuerit, ipse eam teneat et illorum terras et familias donec s[atisfaciant] a divinis interdicat officiis. Sane beati Audomari canonici, vicarii, scolares, clerici ceterique chorum frequentantes ad nullius nisi ad tuam justiciam respondebunt. Statuimus etiam ut [homi]nes vestros de Escha [4], et Dalhem [5], et Burchas [6], et reliquis villis vestris, nullus advocatorum, nullus principum capiat vel distringat seu bona eorum diripiat [7], vel aliquatenus manum in eos mittat, nisi....s.... olvi [8] et tunc tandem ; cum placitum fuerit, non amplius quam tertium denarium de placito habeat advocatus. Obeunte preposito, nullus qualibet consanguinitatis sive alterius [rei occasione, de superlectili et] ceteris [9] mobilibus ejus [10] aliquid exigere vel auferre presumat. Sed quecumque mobilia ipsius [juris] sunt, vel ecclesie dimittantur vel juxta legitimum ejus arbitrium dispe*nsentur*. [Decernimus ergo et] concedimus ut cum Taruennam [11] fueris [12] in causam vocatus, si te ibidem in itinere inimicos habere presenseris [13], ire illuc minime compellaris. Si qua igitur in futurum ecclesiastica [secularisve persona hanc] nostre confirmationis et constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, officii sui periculo et ultioni ecclesiastice [14]

[1] Eoque (cartul.)
[2] Innuere (ibid.)
[3] Proposuerit (ibid.)
[4] Esca (ibid.)
[5] Delhem (ibid).
[6] Burchis (ibid.)
[7] Diccapiat (ibid).
[8] Ces mots ne sont que dans l'original.
[9] Ceterisque (cartul.).
[10] Ei (ibid.)
[11] Tarvaennam (ibid.)
[12] Suis (ibid.)
[13] Perpensas (ibid.)
[14] Ecclesie (ibid.)

subjaceat, nisi post secundam vel tertiam [commonitionem], presumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Ego Calixtus catholice ecclesie episcopus. Benevalete. *(Monogramme).*

Cercle : Sanctus Petrus, sanctus Paulus, Calixtus papa II. Firmamenta est trementibus eum [1].

Datum Albe, per manum Hugonis [2] sancte Romane ecclesie subdiaconi, II nonas octobris, indictione [I, incarnationis] dominice anno M° C° XXIII° [3], pontificatus autem domini Calixti secundi pape anni IIII [4].

12

De censiva altaris de Gisnes, quam habent moniales et canonici morinenses.

(1124).

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum sit fidelibus presentibus et futuris hanc conventionem de altari de Gisnes, inter canonicos Tervannenses et ecclesiam monialium Gisnensium, constitisse. Per singulos videlicet annos, ecclesia illa monialium canonicis Teruannensibus septem marcas argenti, pro censu altaris de Gisnes, in terminis constitutis, in ipsa villa Taruenne, persolvet ; ita predictum altare in perpetuum pro eodem censu possidendo, ut nulla occasione, vel moniales ipsum altare werpire, vel canonici eis auferre valeant. Huic conventioni Gisnensis comitissa propriam manum fidejussionis, quoad viveret, interpositam fore concessit, ita ut, si in terminis constitutis supranominata pecunia soluta non fuerit, ipsi comitisse ab ecclesia Taruennensi nunciari debeat. Et si deinceps, infra XV dies, solvi non fecerit, tunc, sine ulla ad placitum vocatione, comitissa cristianitatem amittet et ecclesiam monialium, donec solvatur census, episcopus in bannum mittet. Post obitum vero comitisse, moniales alios fidejussores idoneos de solvendo prenominato argento dabunt. Quod si facere subterfugerunt, vel si etiam, post datos fidejussores, in constitutis terminis reddere debitam noluerint, supradicta sententia episcopali ferientur. Hii autem sunt termini solvende pecunie : infra octavas natalis domini, duas marcas ; infra octavas Pasche, tres marcas ; infra octavas Pentecostes, duas marcas. Debent etiam moniales

A. pièce CXXXI.

[1] Ces mots ne sont que dans l'original.
[2] Hughonis (cartul.)
[3] M° C XXXIII (cartul.)
[4] Nostri (ibid.)

soniatam et obsonium persolvere. Hujus rei testes sunt : archidiaconi Herbertus et Galterus, Ingelbertus abbas de sancto Johanne, Algerus abbas Bergensis, Stephanus abbas Hamensis, Balduinus abbas de Sancto Vulmaro, Hugo abbas de Blangiaco, Richardus prepositus de Monte sancti Eligii, Ysaac prepositus Formeselensis, Hilfridus prepositus Iprensis, Hugo prepositus Eversamensis, Gervasius prepositus de Arida Gantia [1], Gonselinus decanus de Sancto Audomaro, Arnulfus decanus de Falkenberga, Rainerus decanus de Lilerio, Gonfridus decanus de Bonsingehem, Rainaldus decanus de Hisdinio, Milo decanus de Sancto Paulo, Hermarus decanus de Lenni, Balduinus decanus de Helefelt, Johannes prepositus Ariensis, Lambertus prepositus Caslensis, Landricus, Willelmus, Everardus, Oylardus, sacerdotes. Actum Teruanne, in presentia domini Johannis venerabilis episcopi, anno ab incarnatione domini M° C° XXIIII°, indictione secunda.

13

De compositione facta inter Milonem episcopum et abbatem Carrofenensem [sic].

Sans date (1131-1169).

A. pièce CI. In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Milo dei miseratione Morinorum episcopus, quia, deo auctore, pontificali cathedre, licet indigni, presidemus, ad propagandum in nostra diocesi religionis cultum, et nostre sedis auctoritas, et nostre professionis lex nos constringit. Quum ergo ecclesia Hamensis per abbatis sui culpam ac fratrum negligentiam aliquando a religione et ordine deviavit, inter nos et abbatem Karrofensem talis in posterum servanda conventio constituta est : siquidem frater Rannulfus sub hac conditione ei loco abbas prefectus est, ut si, vel eum vel fratres loci illius, culpa ejus aliquando ab ordine deviare contigerit, et si bis terciove ab episcopo Morinense commonitus, incorrigibilis apparuerit, postquam semel aut secundo ecclesie Karrofensi per episcopum id intimatum fuerit, et ab ea incorrectum remanserit, incorrigibilis abbas ille in presentia episcopi et abbatis Karrofensis, si venire voluerit, vel personarum suarum si mittere curaverit, auditus et convictus, utriusque consilio

[1] Gamantia.

deponatur et alius ibidem magis utilis, consilio abbatis et religiosorum abbatum Teruanensis episcopatus substituatur. Substitutus autem abbas episcopo reverentiam et obedientiam, ut episcopo debitam, et abbati Karrofensi obedientiam quam Hamensis abbas debet, exhibeat. Si autem abbas Karrofensis nec venire, nec personas, ut diximus, mittere curaverit, episcopus, tanquam in presentia abbatis, et abbatem inutilem deponat, aliumque utilem loco ejus canonice substituat. Substituti autem abbates, quamdiu recte steterint, non mittentur, et secundum consuetudinem Hamensis et Karrofensis capituli electio in substituendis servetur. De substituendis autem et removendis, modus qui suprascriptus est teneatur, si irreligiose et incorrigibiliter vixerint.

14

De dono altarium de Wavrans et de Pieremont.

(1133).

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Milo dei miseratione Morinorum episcopus, notum fieri volo tam futuris quam presentibus quod fratribus nostris sancte Morinensis ecclesie canonicis altaria videlicet de Waveranz et de Pirremont, cum appendiciis, ad honorem dei et beatissime matris ejus Marie, in perpetuum possidendo concessimus, ita scilicet ut in singulis festivitatibus ejusdem gloriose dei genitricis Marie, de redditibus ipsorum altarium predictis canonicis vinum ematur. Actum est hoc anno domini M° C° XXXIII°, indictione XI^ma^. A. pièce CXXXIII.

15

De prebenda beate Marie.

(1134).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Milo dei gratia Morinorum episcopus tam futurorum quam presentium devotioni fidelium intimare volo, quod, magister Otto ecclesie nostre filius et canonicus quedam altaria de Kilhem, scilicet de Crumbecca et de Benela, que a domno Johanne episcopo predecessore nostro habebat, nobis in manum reddidit. Nos au- A. pièce XXVII.

tem eadem altaria, tum ejus, tum totius capituli postulatione, ecclesie beate Marie Tervannensis in perpetuum tradidimus, ita videlicet quod duo sacerdotes quorum vitam et mores probaverimus, redditus eorum habeant, et equaliter inter se dividant ; qui ad duo altaria, beati videlicet Petri, in latere dextro, et beati Andree, in latere sinistro, singulis diebus, si fieri possit, aut per se aut per alium quandoque sacerdotem, nunquam tamen per assiduum vicarium, missas celebrent ; alter in veneratione beate Marie, alter pro defunctis, specialiter domni Johannis predecessoris nostri et omnium Tervannensium episcoporum a fide catholica non exorbitantium memoriam faciens. Ei tamen qui pro defunctis orare debet, ut in dominicis diebus aut magnis sollemnitatibus cesset, indulgemus. Volumus etiam et precipimus ut stabilitatem loci promittendo decano subjectionis obedientiam tanquam alii canonici exhibeant et eis, tum in ministerio ecclesie exequendo, tum in anniversario habendo, per omnia pares fiant, excepto tantum hoc, quod ad altare beate Marie dei genitricis, septimanas suas non facient et quod non nisi a redditibus predictorum altarium prebendas suas habebunt. Quas si forte contigerit, seu per nos, seu per quemlibet alium fidelem, ad equalitatem aliarum prebendarum excrescere, nunquam tamen eis licebit a missarum celebratione in prefatis locis prout premisimus desistere. Neque enim cui plus committitur minus ei laborare permittitur. Illis autem obeuntibus, consilio religiosorum, cura episcopi, loco eorum quos et vite honestas et morum facilitas commendet cum omni diligentia provideat. Si quis autem hujus pagine nostre attestationi obviare presumpserit, anathematis vinculo, donec ad satisfactionem venerit, innodetur. Actum est hoc anno incarnationis Cristi M° C° XXX° IIII°, indictione XII°, anno episcopatus nostri IIII°, Ludovico regnante in Francia.

16

De mansura in claustro majoris archidiaconi [1].

(1136).

A. pièce XXV. In nomine sancte et individue trinitatis. Sicut injustas postulationis et

[1] Le feuillet où se trouvent cette pièce et la suivante très altéré par l'humidité présente quelques lacunes.

..... actiones reprimendas intelligimus, ita contrario legitimos contractus ac justa desideria merito corroboranda credimus assensu. Hujus rei gratia postulationi fratris nostri et canonici Hugonis, Attrebatensis archidiaconi, ac voluntati canonicorum nostrorum sancte Morinensis ecclesie, ego Milo ejusdem ecclesie [minister humilis li]bens assensum prebeo atque id ipsum ad memoriam posterorum scripti hujus insinuatione perduco. Notum itaque facio tam presentibus quam futuris quod predictus Hugo mansionem suam canonicam quam ex jure canonice sue possidebat, pari concessione domini Goscelini decani ac totius capituli, Philippo Teruannensi archidiacono ac successoribus ejus archidiaconis in perpetuum possidendam concessit, ita tamen ut mansio illa ..... *[cinq lignes illisibles]*.

Cautum est autem ut ibidem oratorium aliquando vel forte necessitate cogente edificium aliquod honestum et lapideum ad communem usum canonicorum et ecclesie construi liceat, exclusa tamen in omnibus periculis et inquietudinis molestia. Hoc autem totum mea concessione et ipsorum archidiaconorum, Hugonis scilicet et Philippi, ac totius capituli nostri voluntate ita determinatum est ut ipso Philippo vel quibuslibet ejus successoribus in perpetuum decedentibus vel morientibus, canonici cuncta edificia predicte mansionis in libera potestate habeant cuilibet donare vel vendere, nuda tantum mansione exceptis arboribus in jure et in manu succedentis archidiaconi remanente. Quod si forte ipsa edificia a canonicis donata vel empta quilibet archidiaconus habuerit vel ipse inibi alia edificaverit, provisum est ut vel ipse ibidem habitat vel si rationabili de causa inhabitare non possit, ipse ea in manu canonici ejusdem ecclesie et non alterius persone sine censu vel precio donec ipse inhabitare velit, inhabitanda committat. Hec omnia inviolata postmodum conservari [jubeo] atque anathematis animadversione ac sigilli mei impressione confirmo. Factum est hoc Tervanne, anno incarnati verbi M° C° XXXVI.

12

De redditibus, ex dono Milonis episcopi apud, Blaringhem et Fontaines et in locis aliis.

1136.

Ego Milo, dei gratia Morinensis episcopus, omnibus fidelibus tam pre- A. pièce XXVI.
sentibus quam futuris. Omnibus vobis notum esse volumus quod dominus

Johannes episcopus predecessor noster canonicis Morinensis ecclesie, ad victum eorumdem, dedit terciam partem altaris de Blaringehem; et quod ille dedit, ego concessi et concedo. Ego vero ipse dedi eisdem prenominatis fratribus nostris et filiis altare de Masingehem. Clarbauldus quoque de Tembrona, monitione nostra, dedit eisdem, pro anime, sue et antecessorum suorum remedio, omnia que ipse et soror ejus Beatrix habebant vel habere videbantur apud villam Fontanearum, scilicet in terra, in nemore, et hospitibus et in vicecomitatu libere in perpetua possidenda, et terram apud Legni, que vocatur cultura sancte Marie, cum hospitibus ad eam pertinentibus, consentiente herede sorore sua Beatrice cum Galtero marito suo, me presente, cum his testibus, Philippo archidiacono, magistro Hermanno, Baldevino ..... Hugone de ..... Ernulfo de Windringehem. Dedit etiam Walterus Botericus, pro anima uxoris sue Adelisse, terram quamdam apud Adingehem. Dedit etiam Ernulfus Tireas, pro anima sua et filiorum suorum, tres hospites, duos scilicet apud Bocot et tercium apud Lenzels. Dedit quoque Geroldus de Vima terram quandam apud Furkadebeca. Horum donorum ego testis sum et concessi et concedo et ut ipsi Morinenses canonici in perpetuo irrefragabiliter ea et libere possideant, sigilli nostri auctoritate confirmo. His si quis contraire voluerit, anathema sit. Acta sunt Teruanne anno incarnationis Dominice M° C° XXXVI, indictione XIIII.

18

De abbatiis et preposituris et redditibus episcopi.

(1138).

A. pièces II et VI. *(Mention d'après la table le feuillet où était transcrit ce document n'existant plus).*

19

De altaribus de Hervedinghem et de Hermelinghem cantarie confirmatis.

(1138).

A. pièce LXXVII. In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Milo, Dei miseratione, Morinorum episcopus, notum facio tam futuris quam presentibus quod

altaria de Hervedingehem et de Hermelingehem, Gerbodo cantor, tuis que successoribus qui cantores fuerint jure perpetuo integre concedo ne videlicet, post decessum Sawalonis qui partem reddituum ex predictis altaribus recepit, nulli liceat quicquam ex redditibus illis a jure cantarie vel detrahere vel auferre, sed integre cantorum usibus altaria illa cum redditibus suis jure perpetuo concessa permaneant. Actum anno domini M° C° XXX° VIII°, presentibus : Philippo et Milone, archidiaconis, Hermanno decano, ceteris que ex capitulo nostro canonicis multis.

De orationibus concessis canonicis Morinensibus ab ecclesia Luxoviensi.

Sans date (1139-1169).

M. dei gratia Morinorum episcopo, S. ejusdem gratie dono Luxoviensis ecclesie abbas, cum tota domo sibi commissa, fideles orationes in Cristo. Quantus ardor perpetuitatis sollertie vestre mentem accenderit ex verbis dilecti filii nostri prioris de Herleio diligenter perpendimus. Quo mediante, paternitas vestra parvitatem nostram rogare dignatur quatinus in consortio nostre fraternitatis vos suscipientes orationum beneficium vobis impertiamur, huic peticioni libenter annuentes, quod, pro aliquo professorum nostrorum tempore obitus sui, idem pro vobis facere decrevimus. Quid autem sit illud, licet permodicum, tamen quia voluntati vestre sedet presenti scripto notificamus. Nuntiato fratris obitu, pulsatis omnibus signis, cantatur in conventu sollempnis vigilia, absolvitur ab abbate in capitulo, per totum tricenarium celebrantur misse et vigilie, et datur ei prebenda in refectorio ad principalem mensam, que refectione completa, pauperibus distribuitur. Unusquisque sacerdotum tres missas ei celebrat, quisque ceterorum fratrum psalterium ei legit, scribitur in kalendario, in die anniversarii sui celebratur ei missa et vigilia, datur que integra prebenda pro eo pauperibus. His exceptis, consuevimus singulis annis pro fratribus et familiaribus nostris tres tricenarios facere. Predicta, cum participatione omnium bonorum que fiunt in ecclesia nostra, orando, psallando, elemosinas faciendo, vobis perpetualiter concedimus, rogantes ut participationem orationum vestrarum nobis concedatis et pro fratribus nostris in diocesi vestra manentibus quatinus eos sicut pater filios manuteneatis, nec patiamini rerum nostrarum alienationem. Vale. A. pièce LXXXIIII

21

De Alodiis de Alesta.

(1140).

A. pièce, CXXXII. Ego Milo Morinorum episcopus, notum facio tam futuris quam presentibus quod domina Fredescendis totum jus suum, quod in allodiis suis de Alesta habebat, ecclesie beate Marie Morinensis, presentibus et concedentibus Adelida filia sua et Hugone filio suo in elemosinam perpetuo jure concessit. Filius quoque ejus Arnulfus, cum per aliquot tempus voluntati et donationi matris temere obviasset, tandem injuriam recognovit et allodia que sibi usurpaverat, ecclesie predicte concessit et tradidit et donum matris, astante sorore sua Adelida, confirmavit. Canonici autem usumfructum allodiorum Arnulfo, quandiu vellet in vita sua tantummodo recipere, concesserunt, nichil tamen juris in possessione et fundo ei relinquentes. Idem quoque Arnulfus modium vini singulis annis in festivitate apostolorum Symonis et Jude, pro anima sua et predecessorum suorum, eidem ecclesie se daturum, quamdiu viveret, concessit. Actum est anno domini M° C° XL°, presentibus, Philippo et Milone archidiaconis, Oberto clerico, et Balduino filio ejus, Arnulfo Tirel, Balduino Mustela, Herberto de Inchenegata, Arnulfo de Blessi, Arnulfo Merlenc.

22

De destructione castelli [1].

(1142).

A. pièce XLVIII. In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Theodericus dei gratia Flandrensium comes, notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod dilectus noster domnus Milo episcopus Tervannensis lacrimabilem in curia nostra super Arnulfo Teruannensi advocato querimoniam deposuit, sibique, de subjectis malicie ejus capitulis, justiciam fieri postulavit. « Arnulfus, inquit, cum esset homo noster ligius, usurpatione qua-

[1] Cette charte a été publiée par Duchesne, *Histoire généalogique des maisons de Guines, etc.* Preuves, p. 91, et par Miraeus, *Opera diplomatica*, t. IV, p. 201.

« dam justicie, homines sancte Marie cepit, injuste spoliavit, multisque « similibus nos lacessivit injuriis. Et ut securius solitam exerceret nequi- « tiam, firmato, in loco ubi esse non debuit, nobis prohibentibus, castello, « ampliorem quam prius iniquitatis sue exercuit maliciam. Armata enim « manu atrium violavit, sanguinem in loco sacro fudit, parietes templi « ligonibus infregit et suffodit, horrea nostra et domos canonicorum « nostrorum incendit. Et super his omnibus nobis satisfacturus, semel et « iterum et tercio vocatus, cum venire contempnerit, canonico judicio « excommunicatus est. » Hac ego Theodericus episcopi pulsatus querimonia, et insuper universis sancte religionis ordinibus, ut ei justiciam prosequerer, inclamantibus, consilio baronum meorum, advocatum illum ad justiciam vocavi. Et quia non venit, reus omnium judicatus est. Proinde quia predecessores ejus, tempore predecessorum meorum, infra ambitum civitatis Teruannensis nullum tenuerunt nec tenere debuerunt castellum, illud quod in malicia sua firmavit dampnandum et penitus extirpandum decerno. Et ne ab illo sive ab alio quolibet amodo infra parrochiam ipsius civitatis, absque consensu episcopi et totius capituli omnium que baronum ecclesie, aliquod municipium edificetur penitus interdico. Et ut decreti nostri ratio rata et inconvulsa permaneat, tam testimonio subsignatorum quam sigilli nostri impressione confirmo. S. Philippi et Milonis archidiaconorum Morinensis ecclesie ; S. abbatum : Absalonis de sancto Amando, Leonis de sancto Bertino, Alvisi Bergensis, Gossonis Aquicinensis, Odonis Marcinensis ; S. abbatis Hasnonensis, Walteri Tornacensis, Theoderici de Capella, Manasse Watiniensis, Helmari Yprensis, Ysaac Formosellensis ; S. Guifridi de Claromaresch, Henrici de Lischis, Henrici de Nemore, Johannis Boloniensis ; S. prepositorum : Rogeri Brugensis, Balduini Furnensis, Gerardi Audomarensis ; S. Hermanni decani, Drogonis, Theobaldi, Baldevini, Alelmi, canonicorum ; S. baronum et principum terre : Sibille Flandrensis comitisse ; S. Yvonis comitis Suessionensis, Drogonis fratris ejus ; S. Gisleberti Bergensis castellani ; Willelmi Audomarensis castellani, Henrici Broburgensis, Michaelis Cassellensis, Anselmi Yprensis, Roberti Insulensis castellani, Radulfi Brugensis, Arnulfi Gisnensis comitis, Hugonis de Ravenesberch, Balduini Botel, Cristiani de Strasulla, Balduini de Bailloil, Guidonis de Noela ; S. Ogeri, Bernoldi capellanorum comitis ; S. Eustachii de Stenfort, Balduini de Rininges, Balduini de Lidresela. Actum est hoc anno dominice incarnationis M° C° XLII°.

23

De prebenda Duacensi sancti Amati episcopo collata.

(1143).

A. pièceLXXXVIII Reverendo patri et domino suo Miloni, dei gratia Morinorum episcopo et successoribus ejus, Disderus prepositus, Werembaldus decanus et ceteri fratres Duacensis ecclesie sancti Amati, in perpetuum. Cum universi fideles unum ecclesie corpus efficiant et universe per orbem ecclesie licet diversis partibus constitute una procul dubio ecclesia sint, valde dignum est ut ecclesiarum persone pro ceteris amplius ac firmius per fidem et caritatem uniantur et quodam quasi vinculo societatis ad invicem connectantur. Hujus igitur caritatis gratia inter nostram et vestram ecclesiam in posterum ampliande ac pie considerationis faciende, venerande pater, libentissime concedimus in ecclesia nostra canonicam unam vobis et successoribus vestris, Morinorum episcopis, jure perpetuo possidendam, per vicariam tamen marce argenti deserviendam. Quod ut ratum et omnino firmum permaneat, ac tam posteris quam modernis innotescat, presentis scripti pagina confirmamus et sigilli nostri attestatione corroboramus. Actum anno incarnationis dominice M° C° XL° III°, his testibus ; Werembaldo decano, Gregorio thesaurario, Arnulfo, Willelmo presbiteris, Hugone, Thoma, Matheo, Rainero, Johanne, Alulfo.

24

De prebenda Insulensi similiter episcopo data.

(1143).

D et A. pièce C. Reverendo patri et domino suo Miloni dei gratia Morinorum episcopo, et successoribus ejus, Disderus prepositus totumque Insulane ecclesie capitulum, in perpetuum. Cum universi fideles unum ecclesie, etc.

(La teneur de cette pièce est la même que celle de la précédente, sauf quelques mots : confederationis *au lieu de « considerationis »,* XXX solidorum *au lieu de « marce argenti » et enfin les souscriptions des témoins).*

Actum anno incarnationis dominice M° C° XL° III°, his testibus : Nicho-

lao cantore ; presbiteris : Lodevico, Balduino ; diaconis : Radulfo, Goscelino, Jordano ; subdiaconis : Rogero, Arnulfo, Thoma, Matheo ; acolitis : Eustachio, Symone, Roberto, Gervasio. Interfuerunt domnus Alvisus Attrebatensis episcopus et Leo abbas sancti Bertini.

25

De Claromarisco.

Sans date (1145).

Notum sit cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris, fratres de Claromaresch tantumdem debere episcopo et canonicis Tervanensibus post mortem, quantum pro se ipsis persolvunt, pro hac videlicet compensatione quod eis canonici Tervanenses omnes decimas terrarum et curtium suarum quas in parrochia de Sperleka habebant, decimas etiam de Ruhout in parrochia de Ruweneschure pro duobus solidis Flandrensis monete annuatim in festivitate omnium sanctorum persolvendis liberas imperpetuum dimiserunt. Quod communi assensu utriusque capituli concessum scripto et cyrographi attestatione posterorum memorie transmissum est et confirmatum, per manum domini Milonis Tervanensis episcopi et domni Gunfridi abbatis de Claromaresch. Testibus : Philippo et Milone archidiaconis, Alberone abbate de Dunis, Willelmo abbate de Longovillari, Erenbaldo decano, Nicolao cantore, Baldewino, Petro, Alulfo, Johanne, canonicis. A. pièce CXLVIII.

26

Item, de Pepelinghem.

(1145).

Ego dei gratia Theodericus Flandrensium comes, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod inter ecclesiam Teruannensem et dominum de Arda, Balduinum, controversia aliquamdiu extiterit, eo quod terras quasdam, sextam scilicet partem de Pipelingehem, et duas carucas terre in eadem villa quas antecessores ejusdem Balduini, pro remissione peccatorum suorum animarumque salute, ecclesie contulerunt, ipsi cano- A. pièce CXXXVI.

nici clamaverint, quodque scripto suo, quod pre manibus habebant, satis monstraverint, et ille e contra sui feodi esse et se a nobis tenere eas asseruerit. Unde itaque utraque pars Arie ante nos venit, et hinc inde auditis rationibus, consilio nostro et baronum nostrorum Balduinus acquiescens, quecunque canonici suo scripto monstraverunt, eis recognovit et que clamaverant, nobis annuentibus, in manu episcopi Milonis et Hermanni decani ecclesie libera reddidit, ita tamen ut quamdiu seculo supervixerit, ea per canonicos habebit. Nos vero posteritatis paci providentes hec concessimus et ne ab aliquo in posterum infringantur, sigilli nostri impressione confirmavimus. Actum est autem hoc, anno dominice incarnationis M° C° XL° V°, indictione VIII, coram his testibus : Milone episcopo, Milone, Philippo, archidiaconis, Gerardo Audomarensi preposito, Bonefacio canonico, Bernaldo capellano, Sibilla comitissa, Anselmo dapifero, Gisleberto Bergensi castellano, Galtero Audomarensi, Hugone Falkembergensi, Eustachio camerario, Philippo de Lotese, Reinardo de Bikenes, Gerino de Amblancurt, Cristiano de Strasella, Balduino Botel, Guidone de Bikenes, Hugone de Belmeis et aliis pluribus.

27

De compositione inter Milonem episcopum et Theodericum comitem Flandrie super quadam controversia juris ecclesiastici [1].

(1150).

A. pièce LXXXXVIII Quoniam generatio preterit et generatio succedit, memorie autem rerum gestarum optime ministrant inditia litterarum, ego Milo dei gratia Morinorum episcopus et ego Theodericus eadem gratia Flandrie comes, notum facere volumus tam presentibus quam futuris, qualiter in diebus nostris controversia et ambiguitas nostri juris discernendi, consilio et examinatione personarum ecclesiasticarum et baronum terre nostre, recisa et determinata fuerit. Primo itaque banni qui ex quadam nostri temporis institutione tribus festis diebus matrimonia preibant recisi sunt propter mala plurima que inde accidebant et reductum est matrimonium ad antiquam et canonicam consuetudinem. Illud quoque additum fuit, quod

[1] Cette charte est publiée dans Duchesne, *Histoire généalogique des maisons de Guines*, *etc.* Preuves, p. 92, et dans Miraeus, *Opera diplomatica*, t. IV, p. 204.

clerici, vidue, et pupilli seu quelibet persone ad ecclesie tutelam attinentes, de feodis et hereditatibus ad jus seculare pertinentibus, ab ipso jure seculari ad jus ecclesie aliter non transibunt, nisi violentia aut oppressio precesserit, vel eis jus subtractum vel denegatum fuerit adeo manifeste ut per legitimos cristianos valeant comprobare. Neque hoc pretermittendum quod ex eadem institutione sanccitum est nemini licere de feodis seu quibuslibet terris juri seculari subjacentibus ecclesie donationem facere, nisi assensu dominorum et in presentia scabinorum sed tamen ne hujusmodi donationes omnimodo cassari vel ecclesiis subtrahi valeant. Superadditum est quod domini eas nullo modo poterunt impedire, nisi justam causam et rationabilem contradictionem opponant. Denique, si ex dominorum assensu et in scabinorum presentia donatio facta fuerit, jus domini per omnia salvum manebit. Et quoniam malus mos inolevit quod quidam, ad imminuenda jura dominorum, se et edificia sua ad terras ecclesiarum transferunt, stabilitum est : quod jura dominorum in censu et cunctis consuetudinibus integra debeant permanere, salva tamen pace ecclesie, ne liceat dominis infra possessiones ecclesie manum mittere. Ad hec ne ex quibuslibet rumoribus persone quelibet infamentur, confirmatum est ne quis vir aut mulier pro sola fama de adulterio sive de aliquo criminali ad causam vocetur vel ad judicium ferri candentis impellatur, nisi clericorum vel synodalium accusatio precesserit, ad hunc videlicet modum, ut synodales sub juramento suo interrogati secundum suam existimationem famam illam magis veram esse quam falsam profiteantur. Porro, si desint synodales, secundum predictum modum synodalium, clericorum vel legitimorum vicinorum recipiatur accusatio. Placuit et illud apponere, quum hoc cognitum fuit, burgenses aut rusticos qui intra Vetus Fossatum Flandrie manent nequaquam esse submovendos ad sedem episcopalem quamdiu coram decanis suis se juri non subtrahunt, nisi ecclesias vel ea que attinent ad eas invaserint aut in clericum seu aliquam ecclesiasticam personam manum miserint, aut in mulierem raptum fecerint. Quum vero jura ecclesiastica in censu et theloneis et vectigalibus, per burgensium communiones et per libertates quas sibi vendicaverint, hactenus diminuta erant, institutum est ut omnia ecclesiastica jura ad formam et integritatem quam ante communiones habuerant, plenarie revocentur. Sed et hoc ad antiquum jus attingere cognitum est, quod si quis forte judicio ecclesie sub anathemate per annum et diem perstiterit,

comes de facultatibus ejus clamatori dampnum restituet, episcopo bannum persolvet, residuum in potestate sua erit et excommunicatus ille, tanquam exlex, in curia responsum non habebit. Hec omnia rata erunt salvis appellationibus. Actum ab incarnatione domini anno M° C° L°, his testibus : Philippo et Milone archidiaconis, Hermanno decano, Gerardo preposito Audomarensi, Matheo decano Islensi, Balduino de Milham, Drogone, Johanne, Petro, Widone, Alulfo canonicis Tervannensis (*sic* pro Tervannensibus), Rogero Brugensi preposito, Bonefacio Audomarensi decano, Gerardo Furnensi decano, Leone abbate sancti Bertini, Theoderico Bergensi abbate, et compluribus aliis abbatibus, prepositis et decanis ; laicis autem : Arnulfo comite Gisnensi, Gilleberto castellano Bergensi, Henrico Broburgensi, Waltero Audomarensi, Rogero Cortracensi, Eustachio de Gremines, Reinaldo de Beenes et compluribus aliis.

28

De controversia pro clericis Hisdiniensibus.

(1151).

A. pièce CII. In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Theodericus divina miseratione Flandrensis comes, notum fieri volo universis in Cristo fidelibus tam posteris quam modernis, qualiter controversia inter me et dominum M. venerabilem Morinorum episcopum pro ecclesia clericorum de Hesdinio aliquamdiu habita, per ecclesiasticas personas et barones meos, deo donante, fuerit terminata : ego siquidem et filius meus Philippus, consilio et petitione uxoris mee Sibille, necnon assensu baronum meorum, quicquid juris in prefata habebam ecclesia, causa Dei et salutis anime mee et predecessorum meorum, libere et quiete contuli deo et ecclesie Sancte Marie Tervannensis in manu prefati episcopi M. et successorum ejus ad opus clericorum ibidem constituendorum canonice et in ordine clericali. Actum anno domini M° C° LI°. Testes : Geraldus Tornacensis episcopus, Rogerus prepositus Brugensis, Gerardus prepositus Sancti Audomari, Matheus prepositus Callensis, Leonius abbas sancti Bertini, Theodericus abbas sancti Winnoci, Godescalcus abbas de Ham, Gislebertus abbas de Bergis, Henricus de Broborch, Balduinus de Balliol, Arnoldus comes Ginnensis, Rogerus castellanus Gandensis.

De modio apud Sanctum Paulum ab Ingelranno comite collato.

(1153).

Ego Ingelrannus, dei gratia de Sancto Paulo comes, cunctis fidelibus in perpetuum. Notum tam futuris quam presentibus esse volo quod cum plurima mala et dampna ecclesie Tervannensi intulissem et ex hoc excommunicationis sententia diu et merito percussus fuissem, tandem in recompensatione dampni illati, necnon pro salute anime mee et antecessorum meorum, terram quandam, in parrochia Sancti Pauli, quam Arnulphus clericus de me hereditario jure tenebat, censualiter, pro modio annone ad mensuram de Sancto Paulo, dimidio scilicet modio frumenti et dimidio avene, concedente Anselmo fratre meo et hominibus meis consulentibus, ecclesie predicte perpetuo possidendam et ab omni exactione vel comitatu liberam dedi. Et ut hec donatio nostra rata semper permaneat, sigilli mei impressione roboravi. Actum est hoc anno domini M° C° LIII°, coram his testibus : Milone episcopo, Philippo et Milone archidiaconis, Fulcone presbitero, Arnulfo clerico de Sancto Paulo, Anselmo decano, Girardo de Rollicurt, Henrico magistro, Gilleberto de Lilleriis, Giraldo de Nedon, Rainero le Poitevin, Gilleberto Laban, Hugone de Ravenesberc, Symone de Amvrin et fratribus ejus Balduino et Bernardo et aliis multis.

A. pièce XLVIII.

De Alodio de Embri.

Sans date (1155-1176).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ut in sui veritate indiscussa teneantur et rata que a veritatis amatoribus presertim a filiis ecclesie quorum actus irreprehensibiliter esse decet, sanciuntur, ad perpetue confirmationis augmentum, equùm est scripto supportari quod a pluribus jure sancitum teneri volumus inconcusse, vel quocumque modo depactum in irritum volumus resilire. Ut ergo pactio inter ecclesiam Tarvannensem et ecclesiam de Renthi contracta incommutabilis observetur perpetualiter et rata, ego Robertus, dei gratia abbas Majoris Monasterii

A. pièces LXXXI et LXXXII.

Sancti Martini, consideratione et consensu universi ecclesie nostre capituli concedo et litterarum nostrarum sigilli nostri impressione signatarum confirmo, ut ecclesia de Renthi et ejusdem ecclesie prior, quisquis fuerit, alodium de Embri quod N. matris Philippi Tarvannensis archidiaconi fuisse et eum ecclesie Tarvannensi in perpetuam dedisse elemosinam intelleximus, de eadem ecclesia in perpetuo censu teneat sub hoc pacti tenore, ut prior de Renthi singulis annis kal. octobris decano Tarvannensi vel cui ipse jusserit, XII solidos Flandrensis monete pro ejusdem alodii censu solvat.

31

De redditibus episcopi a Ludovico rege confirmatis.

(1156).

A. pièce LIII. In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ego Ludovicus dei gratia Francorum rex. Evidens est rerum omnium inconstantia tanto amplius mutabilia subiciens sibi, quanto magis ab incommutabili statu dei recedere dinoscuntur. Quod consideratione et priorum memoria temporum protulimus, quando Morinensis ecclesia, que nunc frequentiori vocabulo Tervanensis dicitur, in magno constitit robore antiqua civitas secus mare fundata orbis in extremo margine et ideo a regia visitatione paulo remotior. Unde guerris interdum surgentibus obsistere non potuit predonibus tam marinis quam terrestribus et duplex suscipiens naufragium fere dissipata et in nichilum redacta est. In tanta ergo vastatione ecclesia Tarvanensis pauculas retinens possessiones, suis etiam destituta est privilegiis ut nullo antiquitatis instrumento quod habuit revocare nec quod habet valeat defendere. Quod attendens, reverendus pater episcopus Milo, sancte vir honestatis et magne sapientie, desolationem hanc nobis edisseruit et ut residuum substantie quam habebat ecclesia confirmaremus, humiliter depoposcit. Cujus annuentes petitioni valde rationabili, notum facimus universis et presentibus et futuris, Tarvanensis ecclesie esse propriam civitatem totam cum comitatu et feodis ad eam pertinentibus : Alekina et quod habet episcopus in Lokin, Fornohova, Dardingehem, Helbodingehem, feodum quoque domini de Lileiro, feodum comitis de Hesdin, terram quoque jacentem ante portam Bolonie et hospites in cas-

tro ipso et quod comes Boloniensis tenet de ipso. Que omnia nos laudamus et ecclesie Morinensis possessiones esse liberas in perpetuum concedentes, auctoritate nostri sigilli et nominis nostri karactere precepimus consignari. Actum publice Parisius, anno ab incarnatione domini M° C° LVI°, regni vero nostri XX°, astantibus in palatio nostro quorum subscripta sunt nomina et signa : S. comitis Blesensium Theobaldi, dapiferi nostri ; S. Guidonis buticularii ; S. Mathei constabularii. Data per manum Hugonis cancellarii nostri.

32

De redditibus canonicorum.

(1156-1157, 24 février).

Adrianus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Gombaldo decano et ceteris canonicis Mori[nensis ecclesie] tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur quod [honestati convenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium]. Quocirca, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio [communimus ..... *(Lacune d'environ cinquante-trois lignes)*. Quicquid habetis in [villa] de Hellencort tam in nemoribus quam in campis, quartam partem allodii de Foflin, medietatem [ville de Lensens, medietatem quadrantis] ejusdem ville, decimam quam Adam reddidit, duos hospites apud ....., apud Catpendu terram reddentem VI solidos, apud Kernes duos hospites, apud Relli unum hospitem, apud ....., apud Listes unum hospitem, apud Bailol unum hospitem cum terra, apud Estrees unum hospitem, apud Lileirs terram quam dedit Drogo clericus, apud Legniacum culturam que dicitur sancte Marie et hospites, apud Bocolt hospites, allodium Carnodie, allodium de Poncis, apud Milra allodium Eustachii canonici, Henfridi fratris ejus et Adele sororis ejus, apud Bovelingehem allodium quod dedit Guido canonicus, apud Alestes terram et hospites, apud Pollingehova terram reddentem VI solidos, apud Hundingehem ..... *(Lacune de cinq lignes)*, apud Tilli terram reddentem ....., apud Donveest terram

A. pièce VII.

reddentem III solidos, apud Sanctum Paulum terram reddentem sex sextarios frumenti et sex avene, medietatem ..... molendinorum Tervanne preter Hostonis molendinum. Prohibemus quoque ut nullus militum vel clericorum aut burgensium in civitate manentium molere presumat nisi ad communia molendina episcopi et canonicorum ; medietatem traversi, apud Lendingehem terram, apud Herbelle terram, apud Tilleke unam raseriam frumenti, quartam partem de ..... ori tam de terris quam de nemoribus, atrium, claustrum, mansiones canonicales et hospites, terras quam habetis in Teruannensi parrochia et sancti Martini de Monte et omnem decimam quam in eisdem terris et parrochia de Nieles per quadraginta annos sine interruptione legitima possidetis, immunitatem et omnem libertatem quam hospites seu servitores vestri hactenus habuisse noscuntur nichilominus confirmamus ut videlicet ab ..... *(Lacune de quatre lignes)*. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablata retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Morinensis episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Cristi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax domini nostri Jhesu Cristi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, VI kalendas martii, indictione V, incarnationis dominice anno M. C. LVI, pontificatus vero domini Adriani Pape IIII, anno tercio.

33

De decima de Assingehem.

Sans date (après juillet 1158).

Noverint presentes et futuri quod decima quam Nicholaus de Waveranz homo noster apud Assinguehem et Waveranz vel in locis appendicibus tenuisse cognoscitur, inter nos et ipsum fratremque suum, opignerationis facto contractu, nostre per ipsos venit in potestatem ecclesie. Primum autem accepit a nobis Nicholaus sex marcas super id decime sue quod territorio de Assinguehem adjacet ; cujus decime fructus ad amministrationem caritatis Sancti Maximi, de cujus argento id factum est, assignatos fuisse et atribuendos fore sciant qui eam amministrant. Reliquam vero decimam ubicumque est, cum idem Nicholaus Ihierusalem pergere profecturus, super eam assumptis XIX marcis, in alienam manum traduxisset, fratres et canonici nostri Nicholaus de Bovelinguehem et Alulfus de Botin de proprio debitum exsolventes, ad usus ecclesie communes ipsam ab alieno reduxerunt ; Alulfus quidem intendens ut anniversarius dies obitus patris sui cum vino sollempniter agatur ; Nicholaus vero sata liberaliter efficiens ut pro memoria et salute benefactoris ac domini sui pariter et nostri sancte memorie primi Milonis episcopi, in proximo die ante obitum beati viri, per singulos fratres ecclesie bini perpetuo dentur wastelli vinumque generale. Illo deinceps cujus decima fuerat in peregrinatione defuncto, frater suus cum in capitulo nostro heres admitti postularet, ac jure successionis impetrasset, debito VI ac decem et novem marcarum recognito, V preter illas ipse quoque mutuatus, XXX marcis pecuniam nobis reliquit obligatam.

A 2. pièce CXXXX.

34

De abbatiis et preposituris et redditibus episcopi.

(1159-1160, 13 janvier).

Alexander episcopus servus servorum dei, venerabili fratri Miloni Morinensi episcopo ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Cum ex injuncto nobis a deo summi pontificatus officio quo .....

A. pièce VIIII.

(Lacune de sept lignes). Hujus utique rei consideratione, venerabilis in Cristo frater episcope, provocati, tuis justis postulationibus clementer annuimus et Morinensem ecclesiam cui, deo auctore, preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona ecclesia eadem inpresentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : ecclesiam sancti Johannis Mori[nensis ..... *(Lacune de quatre lignes)*, sancte Marie Watinensis, ecclesiam sancti [Winnoci Ber]gensis, ecclesiam beati ....., ecclesiam beati Martini Iprensis, ecclesiam sancte Walburgis Furnensis, ecclesiam sancti Nicholai in eadem villa, ecclesiam beati Petri de Warnestun, ecclesiam de Sene[nghem], ecclesiam sancti Petri Ariensis, ecclesiam sancti Audomari Liliriensis, ecclesiam sancti Georgii Hisdiniensis, ecclesiam beati Silvini Auciacensis, ecclesiam sancte Berte Blangiacensis, ecclesiam sancte Marie de Nemore, ecclesiam beati Martini de Belloramo, ecclesiam beati Petri de Rumiliaco, ecclesiam sancte Marie de Longovillari, ecclesiam beate Marie de Capella, ecclesiam sancte Rotrudis Andrennensis, ecclesiam sancte Marie Broburgensis, ecclesiam sancte Marie Mechinensis, ecclesiam [sancti] Leonardi Wisnensis, ecclesiam sancte Marie Lischensis, ecclesiam sancti Salvatoris Hamensis, civitatem Teruannensem cum comitatu et theloneo ejusdem civitatis et medietatem molendinorum cum rationabilibus consuetudinibus suis, sicut in privilegiis predecessorum nostrorum noscitur contineri, villam Alekine cum comitatu et terram in villa Lo..... *(Lacune de quatre lignes)*, villam Biscopem, terram ..... Co]loniam cum hospitibus et redditu, terram ..... in villa que dicitur Hersella, terram in villa Sancti Quintini cum redditu, prebendam in ecclesia sancti Audomari, prebendam in ecclesia sancti Petri de [Ari]a, prebendam in ecclesia sancti Amati de Doaco, ..., altare de Resti, altare de Sancto Paulo cum omnibus ad ipsum altare pertinentibus, altare de Borrech cum omnibus ad ipsum pertinentibus, altare de H[ase]broch cum omnibus pertinentiis suis, medietatem altaris de Balliolio, altaria de Stenis, de Bochisseppa (?), de Fleterna, de ....., altare de Audehem (?) cum omnibus pertinentiis suis, altare de

.....kenes, altaria de Alekina, de Bovelingehem et de Bocout, altaria de Beverna et de Houthem, ...tum eciam quem ecclesia sancti Bertini Morinensi ecclesie in Parasceue singulis annis persolvere debet, videlicet duo hircina coria et duos vini sextarios ad abluenda altaria et baculum pastoralem argento paratum advalens duodecim argenteos. Sancimus preterca ut nullus ambitum Teruannensis civitatis ..... *(Lacune de neuf lignes)*. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare ; sed omnia integra conserventur eorùm pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Morinensis episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, sinon satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Cristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Cristi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum Agnanie per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et domini pape notarii, XV kalendas februarii, dominice incarnationis anno M° C° LVIIII, indictione VIII, pontificatus vero domini Alexandri pape tertii, anno primo.

25

De Altaribus canonicorum.

Sans date (1159-1181, octobre).

Alexander episcopus servus servorum dei ..... *(Dix-huit lignes illisibles)*. A. pièce XVIII.

Datum Anagnie ..... octobris.

26

De decima Graviculture.

Sans date (1159-1181, 27 juillet).

A. pièce XIX. Alexander episcopus servus servorum dei [dilectis filiis] canonicis Morinensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis ..... *(Seize lignes illisibles).*

Datum Beneventi, V kal. julii.

27

De institutione antiphonarum vocalium O.

Sans date (1160-1169).

A. pièce XXVIIII. In nomine sancte et individue trinitatis. Milo dei patientia Morinorum episcopus, universis ecclesie filiis in perpetuum. Quum in adventu salvatoris nostri universos qui se filios ecclesie profitentur ad divini cultus magnificentiam decet excitare, nos et personarum ecclesie nostre sacrum collegium immo et capituli nostri universitas zelo domus dei pariter accensi, unanimiter stabilivimus ut IX diebus natalem domini precedentibus quibus IX antiphone, O. scilicet, uniforme principium habentes decantantur, sollempnius celebremus vespertinum officium. Diffinitum est enim ut ecclesie nostre singule persone, singulis sibi destinatis diebus, prout ratio dignitatis expostulat, singulas inchoent antiphonas et que inchoaverit die ipso ex dignitatis debito, vinum fratribus erogabit. Omnium autem dignitas ipsa huic approbate constitutioni permanebit obnoxia et sive personatus vacaverit, sive persona defuerit, vel minus provide vel negligenter in exsolvendo ecclesie debito se habuerit, auctoritas pontificis et decani ex redditibus ad dignitatem pertinentibus vinum fratribus providere diligenter accurabit. Singulis igitur personis ita singule assignate sunt antiphone : prima episcopo, secunda decano, tercia priori archidiacono, quarta Flandrensi archidiacono, quinta cantori, sexta custodi [1], septima cancellario [2] octava magistro [3]. Ipsum quoque capitulum vicem geret cujusdam

[1] Nunc thesaurario. (Note du XVI[e] siècle).
[2] Nunc scholastico. (Ibid.)
[3] Nunc penitentiario. (Note du XVI[e] siècle).

persone et ad ejus optionem nona destinabitur antiphona et ex re publica, donec superordinatum fuerit, vinum fratribus amministrabitur. De modo sollempnitatis ita ..... determinatum est : hora vesperarum alteri de majoribus campanis al.....t, chorus cum serica regetur capa, antiphona super *Magnificat* ter inchoabitur et tota ter decantabitur : primo ante *Magnificat*, secundo ante *Gloria patri*, tercio autem post *Gloria patri* sollempniter concinetur. Hujus autem ecclesie nostre tam sollempni statuto si quis obviare vel ipsum infirmare presumpserit iram omnipotentis dei se noverit incursurum.

38

De integritate episcopatus [1].

(1161-1162, 4 janvier).

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis filiis, universo clero et populo Morinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum Milonem, quondam electum, [nunc vero episcopum vestrum] ad sedem apostolicam venientem paterna ca[ritate] suscepimus, et honorem ei debitum impendentes quantum cum [deo] et justicia potuimus, ipsum in suis et ecclesie sue petitionibus curavimus exaudire. Adversario siquidem ejus qui ad subtractionem Boloniensis [ecclesie] et ut in ea ordinantur episcopi propensius intendebat, et clericis ipsius electi quos ad presentiam nostram ipse permiserat in nostro auditorio constitutis, cum adversarius ille a causa defecisset, prefatam Boloniensem ecclesiam in eo statu in quo usque ad hec tempora fuerat de communi fratrum consilio decrevimus permanere. [Datum pridie nonas januarii, anno MCLXI]. A. pièce VIII.

39

De Capella apud Colewiede.

(1164).

Acta est inter canonicos nostros et Ernulfum de Arda conventio quam A. pièce XCI.

[1] Cette charte a été publiée dans le *Gallia Christiana* (t. X. Instr. col. 405), ce qui nous a permis d'en compléter le texte très mutilé dans le cartulaire.

ego Milo Morinorum episcopus, ad removendam contentionis occasionem, scripto tradidi, proprioque munivi sigillo. Idem sane Ernulphus cum in castello suo apud Colewidam edificasset oratorium ibique divinum agi officium a canonicis nostris quorum illa est parrochia dicere postulasset et tandem statuta actione postulatum obtinuit ut solus ejusdem parrochie sacerdos in predicta ministret capella et non alius. Set et hoc prefixum est et ab Ernulfo sub eodem pacto concessum, quod, quociens et quamdiu ipse vel uxor ejus sive quilibet eorum successor morasse in prefato fecerit loco, totiens et tamdiu sacerdoti et clerico suo cum palefrido victum providebit, erit que solius sacerdotis, nullo alio participante, quicquid ibi in ministerio altaris ad manum ei venerit, salva tamen canonicis nostris eorum portione que quanta in altari de Pihem, tanta etiam in illo jure personatus eis debebitur. Hoc autem Ernulfus non solum viva voce et evidenti assensu sub idoneis et multis testibus confirmavit sed etiam, ad perpetuum munimentum conservande veritatis, sigilli sui impressione tradidit consignatum. Actum est hoc anno domini M° C° LX° IIII°, testibus his : Willelmo decano, Lamberto de Fraitun, Willelmo de Pihem, Michaele, Galtero canonico de Arda, Guidone, Hermaro clerico, Clarembaldo de Fraitun, Guidone nepote ejus, Manasse, Henrico, Willelmo et Galfrido nepotibus vicecomitis, Alulfo et Manasse de Markenes, Willelmo de Colewide, Eustachio, Olivero, Matheo, Symone, Lamberto, Pagano et Ballino de Brames, Willelmo Botel, Baldet, Arnulfo de Lavardin, Philippo et Alulfo archidiaconis, Everardo decano, Balduino cantore, Johanne cancellario, Gilleberto magistro, Alelmo magistro, Eustachio magistro, Eustachio de Engodessem, Clarebaldo de Estraheles et aliis quampluribus.

40

De redditibus episcopi apud Maigni.

(1166).

A. pièce XXVIII. In nomine sancte et individue trinitatis. Milo dei pacientia Morinorum episcopus, universis ecclesie filiis, in perpetuum. Notum sit tam presentibus quam futuris Symonem de Maini pepigisse quod ipse et heredes sui nobis et successoribus nostris X modios legitimi vini et sine malo mersu, ad mensuram Noviomensem et Noviomi, singulis annis persolvet, si a prin-

cipio vindemiarum et infra festum beati Martini pro vino miserimus. Si vero post festum beati Martini et infra kalendas maii, pro jam dicto vino delegaverimus, IX modios vini et eadem mensura et eodem loco itidem legitimi et sine malo mersu nobis persolvet. Nuncios vero nostros qui pro vino venient prima nocte procurabit cum equitaturis suis. Si vero per jam dictum Symonem steterit nuncios nostros plus una nocte morari, quousque totum vinum receperint, tenebitur eos cum equitaturis procurare. Preterea singulis annis procurationem nostram vel Noviomi vel apud Maini cum quindecim equitaturis persolvet, sub nostra tamen predictorum locorum optione. Quod si contigerit nos non mittere pro vino infra kalendas maii vel non postulare procurationem toto anno, neutrum tenebitur nobis persolvere pro eo anno, nisi communi assensu fuerit induciatum. Hoc autem ut ratum et indivulsum permaneat, sigilli nostri munimento confirmare dignum duximus. Actum est hoc anno domini M° C° LXVI°. Pactionis hujus testes fuerunt : Alulfus archidiaconus Teruannensis, Baldevinus cantor, Johannes cancellarius, Galterus capellanus, abbas de Chalni, Guifridus cantor Noviomensis, Drogo et Johannes canonici Hamenses, Guido castellanus de Cuci et alii plures. Actum est hoc, domino Balduino Noviomensi episcopo presente et agente et impressione sigilli sui confirmante.

41

De Libertate episcopi.

Sans date (vers 1168, 15 juillet).

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri [Miloni] Morinensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Manifestis rationibus et conjecturis deprehendimus quod venerabilis frater [Henricus Remensis archiepiscopus] ..... *(Lacune de quatre lignes)*, levi de causa adversum te commovetur et minus quam deceret ..... unam suum circa te videtur habere peccatum. Nos vero paci et quieti tue providere ac precavere volentes, et sinceritatis ac devotionis tue animum, circa nostrum et ecclesie obsequium, promptum ad modum et ferventem considerantes, personam tuam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et ut predicto archiepiscopo aut ecclesie sue non liceat, nec ulla sit facultas, sine consilio

A. pièce XIV.

et consensu omnium suffraganeorum suorum in te suspensionis, repetitionis vel interdicti aut excommunicationis sententiam promulgare, te presentium auctoritate tuimur et premunimus. Quod si quando fecerit, sententiam ejus viribus decernimus et omni firmitate carere. Datum Beneventi, idus julii.

42

De Novalibus episcopi.

Sans date (vers 1168, 14-30 juin).

A. pièce XIII. Alexander episcopus servus servorum dei, venerabili ..... *(Lacune d'environ quinze lignes)*, quis autem attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum [B]en[e]ve[nti] ... kalendas julii.

43

De prebenda Sancti Audomari episcopo data et prebenda Morinensi preposito concessa [1].

(1170).

A. pièces V et LXVII Quia inter alios defectus et incommoda vite etiam lapsu memorie persepe fallitur humana fragilitas magnosque strepitus crebramque litigandi necessitatem ingerit rerum oblivio; ad hoc precavendum mandare litteris id decrevimus ac sigillis communire quod inter nos, id est inter ecclesiam Morinensem et ecclesiam Sancti Audomari a predecessoribus nostris institutum agnovimus et a nobis innovatum esse diffinitumque perhibemus. In diebus siquidem beate recordacionis primi Milonis venerabilis Morinorum episcopi simulque tempore Girardi Audomarensis prepositi ad recreandam inter ecclesias potiorem dillectionis necessitatem, mediantibus ac diu tractantibus bone voluntatis ac sapientibus viris, auctore Deo, constitutum est quatinus et Tervannensis episcopus in Audomarensi et Audomarensis prepositus in Tervannensi ecclesia, fieret, obtentu prebende, canonicus; ita videlicet ut in perpetuum per singulos decessus

[1] Cette pièce se trouve aussi dans un cartulaire du XIVe siècle du chapitre de Saint-Omer. (II g. 54 fo 47).

personarum novus semper successor sive prepositus ab episcopo vel episcopus a preposito, sine mora, sine difficultate fieret investitus prebenda decessoris. Quum igitur ad vinculum mutue pacis et karitatis firmius inter nos astringendum id actum esse perspicimus, ideo nos, ego videlicet Desiderius episcopus, ego quoque Robertus Sancti Audomari prepositus, utriusque capituli benivolum habentes assensum, rem bene inchoatam toto posse nostro confirmamus ac mutuis roboramus privilegiis apposito excommunicationis edicto ne quis id quod a sublimibus viris inchoatum est et a nobis perfectum presumat, aliquando cassare vel mutare. Et quum in ecclesiis nostris pacem et quietem fratrum non tantum diligere set etiam conservare nos oportet et omnem de accessu prelatorum oppressionis auferre suspitionem scriptum reliquimus ac prefixum ne vel episcopus vel prepositus, in capitulum cujus vel hic vel ille predicto modo canonicus fuerit admittendum, se estimet, nisi sponte sua fratres eum votaverint vel nisi de bonis prebende temporalibus si retenta vel minus sibi integre reddita fuerint racionem exacturus intraverit. Actum autem est hoc anno domini M° C° LXX°, hiis testibus [1] : Petro decano, Everardo cantore, Balduino, Galtero presbiteris, Roberto, Matheo, Manasse, Gonfrido, Rainaldo, Hugone, Egidio, Rogero, Fulcone, Stephano, Thoma, David, Willelmo, Alexandro, Eustachio, Balduino, item Willelmo, Roberto, Johanne, Lamberto, Johanne, item Johanne, Roberto, Willelmo.

41

De dono decime de Alto fossato.

Sans date (1170).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Philippus Flandrensis et Viromandensis comes, Tervannensis ecclesie profectui consulere volens et securitati, donum Ernulfi advocati et filii ejus Ernulfi de decima videlicet Alti fossati quam illi per Matheum comitem Bolonie ad cujus dominium

A pièce LVI.

[1] Le cartulaire cité plus haut donne une liste de temoins un peu differente que voici : « Euvraldo *(sic)* decano, Alulfo, Galtero archidiacono, Balduino cantore, Guillelmo custode, Johanne cancellario, Rogero, Johanne, Glorio presbiteris, Eustachio, Clarenbaldo, Alelmo, Alaulfo *(sic)*, Nicolao, Adam, Matheo, Rayenerio *(sic)*, Eustacio, Roberto, Adam, Gosselino, Alelmo, Bernardo, Heselino, Guillelmo, Petro. »

illà pertinebat, pro sua suorumque salute, tenendam in perpetuum dederunt ecclesie. Ipse quoque a quo feodum illud primum descendisse cognoscitur concedo et volo et ab omni calumpnia beneficium emancipans, proprio muniri sigillo, testibus his : Matheo comite, Rogero castellano de Cortrai, Galtero de Locres, Claremboldo de Straeles.

45

Item, de eodem.

(1170).

A. pièce LVII. In nomine patris et filii et spiritus sancti, in perpetuum. Ego Matheus, comes Bolonie, tam futuris quam presentibus notum facio quia Ernulfus advocatus et filius ejus Ernulfus decimam de Alto fossato quam de me et antecessoribus meis feodatim tenuerant et tenebant, per manum meam et assensum et ob suam et predecessorum suorum salutem, ecclesie Tervannensi in perpetuum donaverunt. Et de facta et jam dicta donatione per manum domini Desiderii episcopi ecclesiam et capitulum coram hominibus meis et multis aliis investivi. Actum est hoc anno incarnationis dominice M° C° LXX°, his testibus : Balduino de Kaeu, Willelmo Faramus, Widone de Alos, Philippo Fordin, Ernulpho de Kaeu, Rogero de Gauci, Rodulfo de Lens, Hugone de Squeles, Hugone de Bellomonte, Mainardo de Laufosse, Balduino de Berniules, Lamberto de Curs, Hugone de Becolt, Hugone Lanfosse, ipso advocato, Stephano de Wima, Warino Peregrino.

46

De altaribus de Dohem et de Kelti, et de Turhout (sic, pour Averhout).

Sans date (1170-1191).

A. pièce LV. Reverendo domino et patri D. dei gratia Morinensi episcopo, Ernulfus Teruanne advocatus, salutem et fidele servicium. Ut nulli veniat in dubium me Morinensis ecclesie honorem et proventum diligere, donationes que in eam fiunt non solum non impedio sed quantum ad me spectat hilariter promoveo. Inde est quod donationem quam fecit Lambertus de Runescure miles, homo meus, ecclesie eidem omnium videlicet eorum

que spectant ad altaria de Dauhem et de Kelti et de Avrehuth, retenta decimatione annone, confirmo, et per manum paternitatis vestre, predicte ecclesie resigno.

47

De altaribus ex dono Desiderii episcopi.

Sans date (1170-1191).

Noverint universi quia ego Desiderius, dei gratia Morinorum episcopus, altare de Harmingesele, ad anniversarium fratris mei Rogeri castallani *(sic)* Curtracensis et Bernardi nepotis mei, in perpetuum contuli ecclesie Morinensi. Altare quoque de Galonis capella quod dilectus filius meus magister Arnulfus in manu mea resignavit ad petitionem ipsius, ad sollempnitatem sancti Audomari, ad anniversarium Roberti Insulensis prepositi et magistri Guidonis avunculi ejusdem Ernulfi ordinavi. Altare quoque de Hamelines, de Thornehem, de Anes et Clostrevile et alodia de Wilre ad duas prebendas constitui. Dauhem quoque et decimam apud Embri que fuit Galteri de Durcath, quam de manu laica ecclesia Morinensis redemit, eidem resignavi et sigillo meo communivi, indignationem domini et beate matris ejus imprecans his qui alienare temptaverint. A. pièce XXXIIII.

48

De IX lectionibus in festis sancti Livini et sancte Katherine et de dono altaris de Laigni in Wandin-Campania.

Sans date (1170-1191).

Notum sit tam eis qui supersunt quam eis qui futuri sunt, et ad instrumentum et ad exemplum, quoniam venerabilis Walterus, Flandrensium archidiaconus, volens nomen suum esse inter eos qui alios memores sui fecere merendo, cupiensque et sanctos et mortales sibi obligare, sollempnitates sanctorum Livini videlicet martiris et Katherine virginis quod legerat memoriam sui facientibus veniam impetrasse, sollempniter VIIII lectionum agi, agens inter vivos in ecclesia Morinensi instituit ; pariterque post decessum suum, anniversarium suum recoli hoc pacto confirmavit. A ². pièce CXXXXI.

Ad hec quippe procuranda, redditus altaris apud Lenniacum in Wandini Campania constituti quos optinuerat per manum venerabilis Desiderii Morinorum episcopi, ei ecclesie resignans, ad vina ordinavit.

49

De decima de Alto fossato [1].

(1171).

A. pièces LXI et CXXXVII.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Arnulfus advocatus simulque Arnulfus filius meus, notum facimus presentibus et futuris, quod in Tervannensi ecclesia cujus filii sumus, cujus sicut patres nostri temporalibus rebus utimur, spiritualium quoque volentes esse consortes bonorum, ad usus eorum qui in ea deserviunt vel deservituri sunt, decimam de Alto fossato, Boloniensi pariter et Flandrensi comite, utroque quantum ad ipsum pertinebat, prebente assensum et auctoritatem scripti, liberam ex toto donavimus et in perpetuam concessimus possessionem; quod cum intentione nostri salutis fecerimus, in hoc tamen ipso rependimus gratiam ecclesie cujus cum alodia de Alesto, dono Fredessendis matris mee fuissent nobis heredibusque nostris, eadem in perpetuum alodia concessa sunt ab ecclesia. Memores igitur benefacti, donum ejusdem decime super altare beate virginis Marie coram multitudine astantium factum a nobis cognoscimus, emancipatamque atque manumissam ecclesiæ scripto sigilloque confirmamus, profitentes et approbantes ibi factam in illum excommunicationem quisquis donum illud cassare temptaverit, vel [in] incommodum ecclesie super hoc calumpniam aliquando moverit aut querelam. Actum est hoc et confirmatum anno domini M° C° LXXI°, testibus his : Desiderio episcopo, Alulfo et Galtero archidiaconis, Everardo decano, Johanne cancellario, Alelmo magistro, Clarbaldo de Straeles, Nicholao de Bovelingehem, Alulfo de Nieles, Adam de Aurea villa, canonicis ; Roberto abbate de Bolonia, Balduino et Manasse presbiteris, Gerardo de Walli, Nicholao magistro de Duaco, Alelmo de Radummeis, Fulcrado.

[1] Le n° CXXXVII a pour rubrique : *De commutatione ville de Ateste ad decimam de Alto fossato*. Le texte est semblable, mais il y manque l'invocation et la liste des témoins.

50

De altari sancti Nicholai in foro Teruanne.

(1173).

Cum omnibus quibus ego Desiderius Morinensis episcopus minister factus sum, etiam ex injuncto officio debitor existam, illis potissimum qui mecum laborant et michi coadjutores sunt ministerii Teruannensis ecclesie, videlicet capitulo, me debere profiteor ut pacem inter eos conservare ac si forte lesa fuerit, impensius studeam reformare, omnemque tollere de medio querelam. Inde est quod controversiam que de altari sancti Nicholai Teruanne constituto, inter capitulum nostrum et Willelmum custodem emerserat, ego, jurante domino, mediantibus quoque benivolis et sapientibus viris, meo quidem non cessante labore, ne forte lis intestina judicium subiret alienum, tranquillo fine precidi totumque litigium in pacem converti pariter et amorem. Fuit autem super hoc nata contentio quod in predicto altari oblationes candelarum et cere custos ad se trahebat, debere asserens eas de jure thesaurarie se possidere, suosque predecessores eodem modo possedisse ; canonicis econtra dicentibus nichil ad officium ejus pertinere de altari, quippe quod integre Romanorum auctoritate privilegiorum eis ascriptum est, et, remota omni exceptione, consignatum. Cum igitur res ita processerit, sciant presentes et futuri controversiam inter eos hac pace terminatam, quod Willelmo custodi suisque successoribus predicte candelarum et cere ac denariorum, eorum tantummodo qui ad manum sacerdotis non venerunt, de jure thesaurarie relicte sunt oblationes, necnon et panis et frumenti caseorumque si forte ad altare venerint pars tercia ; eo quidem pacto quod Willelmus suique quotquot futuri sunt successores per singulos annos vini modium unum de precio quatuor et viginti solidorum Flandrensis monete in festo sancti Nicholai perpetua recompensatione reddent capitulo. Et quum de beati Nicholai beneficiis hujus rei fuit inicium, predictum honori ejus vinum ego fratresque nostri deputavimus, decernentes ut die festivitatis ipsius, in generalem fratribus tribuatur participationem. Et qui solebat agi humilius, deinceps sublimior agatur dies ille, pulsuque binarum campanarum ac duplicis brevis inscriptione digna tanto confessore ducatur cum

A. pièce XXXI.

leticia. Actum est hoc anno incarnationis dominice M° C° LXX° III°, his testibus : Everardo decano, Alulfo et Galtero archidiaconis, Balduino cantore, Johanne cancellario, Adam, magistro Johanne et Rogero presbiteris, magistro Eustachio, magistro Alelmo, magistro Symeone, magistro Nicholao, Eustachio de Engodessem, Clarembaldo, diaconis ; Nicholao de Bovelingehem, Goscelino, Adam, Alulfo de Nieles, Bernardo, subdiaconis ; Roberto preposito Insulano ; Godescalco Sancti Bertini, Petro Andrenensi, Alexandro Watiniensi, Eustachio de monte Sancti Eligii, abbatibus, aliis que quamplurimis.

51

De donatione cujusdam decime jacentis in parrochia de Deverna a Willelmo clerico facta.

(1173).

A. pièce LXXXVIII. Notum sit presentibus et futuris quod Willelmus clericus, filius Manasse de Diverna, divina compunctus gratia, ob anniversarium depositionis sue diem et ob suam et predecessorum suorum salutem, quandam decimam suam singulis annis duas marchas argenti valentem de feodo de Haneveu, in parrochia tamen de Deverna jacentem, ecclesie Tervannensi, per ramum viridem et cespitem, super altare sancte Marie, liberam in perpetuum donavit, presente et assentiente domino suo Hugone de Haneveu, qui nichilominus proprie manus sue appositione per ramum et cespitem super altare, una cum Willelmo clerico, confirmavit donationem ; hoc addito, quod sex nummos quos jamdictus Willelmus Hugoni et heredi ejus infra octo dies pasche persolveret, nisi eadem qua Willelmus compunctus gratia, ecclesie aliquando hos sex nummos condonaret. Porro, prefata largitione sollempniter facta, Everardus decanus, Galterus archidiaconus et alii qui cum eis erant tam canonici quam vicarii sacerdotes, omnes illos qui de cetero ecclesie dampna irrogare molirentur anathematis innodaverunt vinculo. Actum est hoc anno incarnationis dominice M° C° LXXIII°, his testibus : Everardo decano, Galtero archidiacono, Johanne et Rogero et Glorio presbiteris ; Clarboldo, magistro Alelmo, Symeone, diaconis ; Alulfo de Nieles, Alelmo de Ovrivilla et Roberto Drogonis, subdiaconis et aliis qui tum in choro erant, scolaribus multis, magnis et parvis. Hanc autem

que custodis ecclesie propria, non more canonicali sed jure feodali a custode descendebat ad custodem. Et quia zelum habentibus ecclesie videbatur ex hac parte claustri libertas imminui, dum inter propria quasi extraneum sustinerent dominium, petierunt unanimiter a nobis in capitulo fratres ut de loco liberando curam habere non gravarer, presertim cum nec episcopalis inde donatio minueretur et libertatis ecclesie non minimum accresceret amplitudo. Ego igitur, pro minimo reputans id modicum eis prestare quibus omnia que possum me debere profiteor, mansuram illam totam cum adjacenti orto, sicut eum custos Guillelmus fossa clauserat, ab eo quo feodo tenebatur obligata, penitus emancipavi, aliarumque legi et ordini mansurarum in perpetuum liberam assignavi, id ipsum ad majorem certitudinis auctoritatem scripto notum faciens et non tantum nostro sed et custodis Guillelmi muniens sigillo. Actum est autem hoc anno incarnationis dominice M° C° LXXV°, his testibus : Everardo decano, Galtero archidiacono Flandrensi, Balduino cantore, Johanne cancellario, magistro Johanne et Rogero presbiteris, magistro Alelmo, magistro Eustachio, magistro Symeone et Clarbaldo de Straheles, diaconis ; Alelmo de Ovrevilla, Goscelino, Bernardo, Alulfo de Nieles, Adam de Ovrivilla et Hugone de Roisbais, subdiaconis ; Lamberto filio Albrici, Rainero presbitero, magistro Balduino de Luzi, Ernulfo Pilote, magistro Roberto de Falkenberga et magistro Balduino, tunc episcopi clericis ; Eustachio de Hesdinol et Girardo de Walli, tunc Walteri archidiaconi clericis ; Rainero etiam decano de Escha.

54

De manso Willelmi custodis capitulo collato.

(1177).

In nomine sancte et individue trinitatis, in perpetuum. Noverint presentes et futuri mansuram quandam in claustro et terram ultra fossatum adjacens arabilem, aliquando custodis fuisse ; sed illa, de dono domini Desiderii episcopi liberaliter et sollempniter facto, Guillelmo etiam custode cujus erant tunc Iherusalem profecturo id petente et annuente, in jus et consuetudinem aliarum canonicalium mansurarum cesserunt et libere et absolute capitulo et ecclesie donata fuerunt. Predicte autem

A. pièce LXXXXII.

raret, Anselmus de intrante duos tantum denarios et de exeunte similiter duos haberet. Si autem terram suam venderet, quatuor ei denarii ab emptore et quatuor ei darentur a venditore. Furem quoque et bannum, si in terra illa contingeret eum de comitatus sui jure habere, sed rem extrariam utriusque esse communem et ex equo debere dividi recognoverunt. Cetera vero omnia libera et propria decani esse affirmaverunt. Quoniam autem generatio generationi succedit et temporum labente curriculo, que facta sunt aut dicta, nisi scripto immutata conserventur, in brevi delentur aut mutantur, recognitionem virorum trium tam proborum in conspectu venerabilium personarum legitime factam scripto memorie commendavimus, bono pacis et juri Anselmi et successorum ejus in posterum providentes, quatinus ejus et suorum jura nec minuantur nec mutentur, verum juxta presentis scripti tenorem et legitime factam recognitionem integra et inviolata conserventur, et omnes querela et controversie occasio de medio penitus tollatur. Actum est hoc anno incarnationis dominice M° C° LXX° IIII°, his testibus : Everardo decano, Alulfo et Galtero archidiaconis, Balduino cantore, Johanne cancellario, magistro Johanne, Rogero, Adam, Lamberto et Glorio, presbiteris ; magistro Eustachio, magistro Alelmo, magistro Symeone, Eustachio de Engodessem, Clarembaldo de Straheles, diaconis ; Alelmo de Ovrivilla, Nicholao de Bovelingehem, Alulfo de Nieles, Johanne Suessionensi, Hugone de Roisbais, Willelmo de Renti, subdiaconis ; Ernulfo Pilota et magistro Roberto de Falkenberga, Balduino Herchenpin, Helgoto, clericis Alulfi archidiaconi ; Lantero presbitero et Girardo de Walli, clericis Galteri archidiaconi ; militibus autem : Normanno de Cresecca, Pontio nepote Anselmi, Hugone de Salicto, Roberto Ferun, Garino Pelerin, Eustachio de Joncoi et aliis multis tam clericis quam laicis.

53

De mansura custodis Willelmi canonicis in perpetuum data.

(1175).

A. pièce XXXV. Ego Desiderius dei gratia Morinorum episcopus presentibus et futuris in perpetuum. Inter claustrales mansiones et edificia que jure canonica canonicis nostris ad commanendum deputata sunt, erat una quasi aliena

que custodis ecclesie propria, non more canonicali sed jure feodali a custode descendebat ad custodem. Et quia zelum habentibus ecclesie videbatur ex hac parte claustri libertas imminui, dum inter propria quasi extraneum sustinerent dominium, petierunt unanimiter a nobis in capitulo fratres ut de loco liberando curam habere non gravarer, presertim cum nec episcopalis inde donatio minueretur et libertatis ecclesie non minimum accresceret amplitudo. Ego igitur, pro minimo reputans id modicum eis prestare quibus omnia que possum me debere profiteor, mansuram illam totam cum adjacenti orto, sicut eum custos Guillelmus fossa clauserat, ab eo quo feodo tenebatur obligata, penitus emancipavi, aliarumque legi et ordini mansurarum in perpetuum liberam assignavi, id ipsum ad majorem certitudinis auctoritatem scripto notum faciens et non tantum nostro sed et custodis Guillelmi muniens sigillo. Actum est autem hoc anno incarnationis dominice M° C° LXXV°, his testibus : Everardo decano, Galtero archidiacono Flandrensi, Balduino cantore, Johanne cancellario, magistro Johanne et Rogero presbiteris, magistro Alelmo, magistro Eustachio, magistro Symeone et Clarbaldo de Straheles, diaconis ; Alelmo de Ovrevilla, Goscelino, Bernardo, Alulfo de Nieles, Adam de Ovrivilla et Hugone de Roisbais, subdiaconis ; Lamberto filio Albrici, Rainero presbitero, magistro Balduino de Luzi, Ernulfo Pilote, magistro Roberto de Falkenberga et magistro Balduino, tunc episcopi clericis ; Eustachio de Hesdinol et Girardo de Walli, tunc Walteri archidiaconi clericis ; Rainero etiam decano de Escha.

31

De manso Willelmi custodis capitulo collato.

(1177).

In nomine sancte et individue trinitatis, in perpetuum. Noverint presentes et futuri mansuram quandam in claustro et terram ultra fossatum adjacens arabilem, aliquando custodis fuisse ; sed illa, de dono domini Desiderii episcopi liberaliter et sollempniter facto, Guillelmo etiam custode cujus erant tunc Iherusalem profecturo id petente et annuente, in jus et consuetudinem aliarum canonicalium mansurarum cesserunt et libere et absolute capitulo et ecclesie donata fuerunt. Predicte autem

A pièce LXXXII.

mansure, cujus pars media uni sufficiens erat canonico, partem mediam Alexandro clerico, propter ejus honestam conversationem et opinionem bonam, tota vita sua, capitulum, tanquam uni canonico, canonice concessit, eo, inquam, tenore quod domus sua et quicquid in mansura edificaverit, post mortem ipsius Alexandri, totum absque calumpnia et contradictione capitulo remanebit. Ne quis autem pactionem istam oblivionis incommodo aut aliqua alia de causa presumendo infringere attemptet vel mutare, presentem paginam sigilli nostri munimus et corroboramus appositione. Actum est anno domini M° C° LXX° VII°, his testibus : Everardo decano, Alulfo et Galtero archidiaconis, Johanne cantore, Hugone custode, Adam, magistro Johanne et Clarembaldo, presbiteris ; magistro Alelmo, magistro Alelmo *(sic)*, magistro Eustachio, magistro Symeone et Alulfo de Nieles, diaconis ; Adam de Ovrivilla, Goscelino, magistro Balduino, Bernardo et Guillelmo de Renti, subdiaconis.

55

De elemosina comitis Philippi panis et vini.

(1177).

A. pièce L. In nomine sancte et individue trinitatis, in perpetuum. Ego Philippus Flandrie et Viromandie comes, notum esse volo omnibus quod pro salute anime mee dedi in elemosinam ecclesie beate Marie Morinensis XL solidos singulis annis accipiendos Arie in dominica palmarum, ex officio Roberti de Metheca. De istis vero denariis statui ut solummodo panis et vinum ad conficiendum sacrificium altaris. Ne igitur hec elemosina possit ab aliquo infringi vel cassari, sigilli mei auctoritate eam confirmari precepi, anno M° C° LXX° VII°.

56

De modio frumenti aput Nuevevile.

(1177).

A. pièce XLIII. In nomine patris et filii et spiritus sancti, in perpetuum. Notum sit presentibus et futuris quia Willelmus de Monsteriolo, ob suam et uxoris sue

Imberge ceterorumque precedentium suorum salutem, una cum Engelrammo filio suo modium unum frumenti ad mensuram modii Monsteriolensis, singulis annis infra octavas natalis domini persolvendum, Tervannensis ecclesie canonicis perpetuo donavit, et ut ad molinum suum predictum frumentum apud Novamvillam acciperetur. Willelmus pater scilicet et Engelrammus filius ejus, presente domino Desiderio episcopo et multis aliis qui cum ipso erant, ante altare beate et intemerate virginis Marie assignavit ; et quod pater in capitulo et super altare ante fecerit, ipse filius recognoscens dationem illam super textum evangeliorum confirmavit. Actum est hoc anno incarnationis dominice M° C° LXX° VII°, his testibus : Desiderio episcopo, Everando decano, Johanne cantore, Clarembaldo de Estraheles, magistro Johanne de Aria, Arnulfo capellano episcopi, magistro Eustachio de Alechina, Alulfo de Nieles, magistro Roberto de Falkenberga, magistro Petro de Sancto Audomaro, Johanne Suessionensi, magistro Balduino, et Willelmo de Renti, Hugone priore sancti Prejecti de Bitunia, Symone clerico de Inkenegata, Wilardo de Fressin, Rainaldo de Aria, Roberto Lupo, Eustachio de Novavilla, Alulfo de Strahelis et Widone fratre ejus.

57

De dono altaris de Hueringhem.

(1178).

Noverint presentes et futuri quia ego Desiderius, dei gratia Morinorum episcopus, altare de Huringehem, quod Johannes cantor ecclesie Tervannensi, ob suam et patris sui ac predecessorum suorum salutem, ante donaverat, precibus ipsius cantoris ecclesie jamdicte liberum reddidimus et concessimus. Hanc autem presentem paginam ne quis infringere presumat sub anathemate prohibemus et sigilli nostri appositione corroboramus. Actum est autem hoc incarnationis dominice anno M° C° LXX° VIII°, hiis testibus : Everardo decano, Alulfo et Galtero archidiaconis, Johanne cantore, Hugone custode, Adam, Clarembaldo et magistro Johanne, presbiteris ; magistro Alelmo, magistro Eustachio, magistro Symeone, magistro Roberto et Alulfo de Nieles, diaconis ; magistro Balduino, Adam de Ovrivilla, Bernardo et Johanne Suessionensi, subdiaconis ; laicis autem : A. pièce XXXVII.

Stephano de Wima, Symone et Ricardo nepote ejus de Inchenegata, Hugone et Symone fratri ejus de Nieles, Anselmo de Cresecha et Balduino de Erni, Normanno et Hugone de Salicto et aliis multis clericis et laicis.

58

Item, de eodem (altare de Eka).

(1178).

A. pièce XXXIII. Ego Desiderius dei gratia Morinensis episcopus, notum facimus tam presenti etati quam future posteritati quod Tervannensis ecclesie canonicis duo vina in personatu de Ecka, intuitu divine retributionis, in perpetuum donavimus quotannis percipienda ; adiciens ut unum eorum predicte ecclesie in festivitate beati Andree et reliquum in magistri Eustachii ejusdem ecclesie canonici reddatur anniversario die. Que ut rata maneat et inconvulsa donatio, presentem paginam sigilli nostri insignivimus munimine. Actum est hoc anno domini M° C° LXXVIII°, sub his testibus : Everardo decano Tervannensi, Alulfo et Waltero archidiaconis, Johanne cantore, Hugone thesaurario, Adam, Clarembaldo, magistro Johanne, prespiteris *(sic)* et canonicis, et aliis quampluribus tam canonicis quam ceteris clericis.

59

De pace cum canonicis de Liskes facta super terris et decimis.

(1178).

A. pièce LXXVIIII. Ego Everardus, Morinensis ecclesie decanus, cunctis fidelibus in perpetuum. Sciant universi Cristi fideles quod fratres de Liskes habentes quandam terram ad societatem de Baldevino constabulario in parrochia de Hermelingehem, cujus partem de nemore extruncantes, laboribus et sumptibus in terram arabilem redegerunt. In qua cum decimam acciperemus, prefati fratres vim se pati proclamabant, laborum ac novalium suorum decimas apostolicis privilegiis sibi confirmatas asserentes. Habebant idem fratres aliam terram pro censu IIII^{or} solidorum a predicto Baldevino, terram quoque censualiter a Guifrido de Ginnes nemori suo con-

tiguam, in qua, si coleretur, decimam accipere deberemus. Utriusque ergo ecclesie paci providentes, controversiam inter nos habitam tali modo pacificavimus : ecclesia Liskensis in pace optinebit decimam de predicta terra censuali si quandoque eam contigerit excoli, et nos, de predictis novalibus terre constabularii, quam ad societatem colunt, decimam libere habebimus. Hac ergo pacificatione descripta, placuit nobis, annuente capitulo nostro, presentem paginam sigillo nostro munitam predictis fratribus dare, exemplarque ejus sigillo eorum signatum apud nos conservare. Actum anno domini M° C° LXXVIII°, indictione XI^a^.

60

De quinque solidis quos debent canonici de Liskes canonicis Morinensibus pro terra de Landringetun.

Sans date (v. 1178).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Notum sit tam presentibus quam futuris ecclesie filiis quod canonici ecclesie Tarvennensis terram quandam quam Hadewidis et Robertus vir ejus ab eadem ecclesia diu apud Landringetun tenuerant et post eidem ecclesie libere reddiderunt, petitione eorumdem et concessione, ecclesie de Liskes, sub perpetuo censu tenendam concesserunt, eo tenore, ut ecclesia de Liskes, singulis annis in purificatione beate Marie, quinque solidos ecclesie Tarvannensi persolvat. Quod ut ratum et firmum habeatur, ego Erembaldus, ecclesie Tarvennensis decanus, una cum capitulo ejusdem ecclesie et ego Godescalcus ecclesie Lischensis abbas, una cum capitulo ejusdem ecclesie, sigillorum nostrorum impressione confirmamus et corroboramus. A. pièce LXXX.

61

[*De redditibus canonicorum*].

(1179).

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis Tervannensis ecclesie eorumque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Ad hoc nos, disponente domino, in apostolice sedis servi- A. pièce X.

cium promotos agnoscimus ut ejus filiis auxilium implorantibus efficaciter subvenire, prout dominus dederit, debeamus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis predecessoris nostri Calixti pape, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus ; statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum, concessione pontificum, largitione [regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, deo propicio, poterit adipisci, firma vobis] vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : ecclesiam videlicet sancti Nicholai in foro Tervanne, ecclesiam sancti Martini ultra aquam, ecclesiam sancti Martini in monte, ecclesiam sancti Martini de Vileirs, ecclesiam sancti Maximi de Deletes, ecclesiam sancti Jacobi de Inchenegata, ecclesiam de Blessi, ecclesiam de Ghemi, ecclesiam de Aingehem, ecclesiam de Helvidingehem, ecclesiam de Hersella, ecclesiam de Guilra, cum appenditiis earum sine soniatis, ecclesiam sancti Martini de Nieles, ecclesiam de Bommi, ecclesiam de Cherestede, ecclesiam de Ruchestor, ecclesiam de Guerdreca, ecclesiam [de] Renescura, a magna soniata penitus liberas, ecclesiam de Blaringehem et partem decime quam Rosula refutavit, quicquid juris habetis in ecclesia de Balliol, ecclesiam de Guasta altari, ecclesiam de Polinghehova, ecclesiam de Hotkerca, ecclesiam de Crotes, terram apud Stenes, ecclesiam de Pitecam, censum duorum solidorum de terra de Donveest que est juxta Lisburgum, apud Pernas duas partes decime et quatuor hospites, apud Sassem duas partes decime, apud Erlaincort quar[tam... *(Lacune d'environ quatre lignes)*... ecclesiam de Sperlecca cum terra, ecclesiam de Hezeca cum terra, ecclesiam de Gualanis cum terra, ecclesiam de Mortcampo, ecclesiam de Elembon, duas partes decime de Jorni, ecclesiam de Lothessa, ecclesiam de Landringetun, ecclesiam de Ingehem, ecclesiam de Freelingehem, ecclesiam de Campanis, ecclesiam de Ghisnes cum appendiciis suis, ecclesiam de Finles, ecclesiam de Hil[d]ringhehem, ecclesiam de [La]ndringhetun, ecclesiam de Catfiers, ecclesiam de Fraitin cum terra, ecclesiam de Pipilinghehem cum quartario totius ville, ecclesiam de Rininghessem, ecclesiam de Helvinghehem cum terra, ecclesiam de Wimilla cum appendiciis suis, ecclesiam de Iseca cum magna terra,

ecclesiam de Wilwina, ecclesiam de Biscopem, ecclesiam de Kestreca, ecclesiam de Diverna et de Alto fossato, ecclesiam de Praura..... Kelires, de Wichinghehem, de Milra, ecclesiam de Burtes, duas partes decime de Falkenberga et de Hamello et de Fornehovo, de Dardinghehem et de Tembronella et de Heldebodinghehem, ecclesiam de Odinghetun, ecclesiam de Ennela cum terra et hospitibus ..... *(Lacune de quatre lignes)*..., ecclesiam de Huringhehem, ecclesiam de Aumetes, ecclesiam de Balliolo, ecclesiam de Niedon et de Niedoncel, ecclesiam de Fontenes, ecclesiam de Clen[e]l[eu] et de Dorhimont, ecclesiam de Hane ..... *(Lacune d'une ligne)*, medietatem tercie partis decime de Waverans, terciam partem decime de St...ingetun, decimam de Embrin..... et duabus mensuris, decimam apud ....., apud Ligniacum culturam que dicitur Sancte Marie, allodium de Carnoie, medietatem omnium molendinorum Tervanne excepto Hostonis molendino, medietatem frumenti quod dedit Willelmus de Monsteriolo. Porro atrium, claustrum et omnes mansiones canonicorum, preter illam que ad feodum episcopi pertinet, ab omni comitatu et a seculari potestate libera conserventur, ita ut, nec in ipsis, nec in eorum facultatibus, preter ipsorum voluntatem, aliquis manum mittere ..... presumat. Terram quoque, nemora, hospites et mansiones custod[um] ecclesie vestre ab omni laicorum dominatu et inquietatione liberas esse sancimus, sicut in retro[actis temporibus ..... *(Lacune d'environ quatre lignes)*. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablata retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Morinensis episcopi canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Cristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Cristi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. [Datum ..... *(Lacune de deux*

lignes) incarnationis] dominice anno M° C° LXXIX° [indictione ....., pontificatus vero domini] Alexandri pape tercii anno XX°.

62

[*De altaribus a successione revocatis*].

Sans date (vers 1179).

A. pièce XII. Alexander episcopus servus servorum Dei .....

Illisible jusqu'à la 16e ligne où commence la formule habituelle.— Tout ce qu'on peut lire de la date est : Datum Venetis .....

63

De redditibus canonicorum.

Sans date (1179).

A. pièce XI. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis capitulo Morinensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Cum omnium justa postulantium desideria benigno debeamus favore admittere, honestis ecclesiarum petitionibus benignius volumus et debemus adesse, ne defectus justicie ex nostro neglectu sequatur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulacionibus benignius annuentes, altare de Maulingehem, altare de Lambres, altare de Bergetes, altare de Fontaines, altare de Niedon, altare de Nidoncel, altare de Aumetes, altare de Baillolo, altare de Ligniaco, decimam quam tenuit Willelmus de Werna, decimam de Alto fossato, sicut ista omnia rationabiliter possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti pagina communimus ; statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire ..... *(Le reste détruit occupait trois lignes).*

64

De altaribus a Stephano de Wime acquisitis.

(1180).

Ut excitetur et vivat fidelium memoria nichilque oblivionis que nota facit ignota depereat interitu, set in lucem reigeste veritas prodiens inviolabilem obtineat firmitatem, ego Desiderius dei gratia Morinorum episcopus, notum facimus tam presenti etati quam future posteritati quod [cum] Stephanus miles de Wima altare de Hundesberch de nobis titulo teneret feodotario, et quidam Milo idem altare consimili modo a predicto teneret Stephano, auctoritatis apostolice decretis in hujus modi ecclesiasticorum bonorum que et tributa sunt egentium animarum presumptuosos invasores et ab antiquo sepius et mire terribilem dampnationis sententiam intonantibus, predictus Milo, metu sententie concussus, altare quod diu possederat et illicite, cessit reverenter, et, jam dicto Stephano de Wima et heredibus suis Arnulfo et Alulfo ejusdem filiis presentibus et consentientibus, predictum altare ecclesie nostre Morinensi in elemosinam in manu nostra et assensu resignavit. Consequenterque convocatis in testimonium rei et astantibus clericis omnibus qui ipsa hora fuerant in ecclesia domino psallentes, ad majorem rei geste noticiam prenominatus Milo, Stephanus etiam et ejus filii donationem quam, communiter manus adhibentes super eminentius altare ecclesie, sollempniter optulerunt. Nos autem auctoritate dei et nostra in eos sententiam excommunicationis coram omnibus qui astabant protulimus et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jhesu Cristi precidimus si qui de cetero, quod absit, malignantes ecclesiam super hoc molestare presumpserint vel in aliquo turbare attemptaverint. Et ut hec donatio a nulla posteritate concuti possit vel infirmari, presentem paginam sigilli nostri munimine decernimus insigniri. Actum est hoc anno domini M° C° LXXX°, sub his testibus : Everardo Morinensis ecclesie decano, Waltero et Lamberto archidiaconis, Johanne cantore, Hugone thesaurario, Adam presbitero, Clarembaldo de Estraheles, magistro Johanne, Alulfo de Nieles, magistro Alelmo, magistro Symeone, magistro Roberto, Adam de Ovrivilla, magistro Balduino, magistro Petro, Johanne Suessionensi, Gossuino, magistro Petro, canoni-

A. pièce XL.

cis, Glorio, Rainero, Lamberto, Arnulfo, Drogone, Anselmo, presbiteris et aliis quam plurimis tam clericis quam laicis.

65

De decima aput Blaringehem.

(1180).

A. pièce LI. Ego Philippus Flandrie et Viromandie comes, testificor tam presentibus quam futuris quod Willelmus et Johannes filii Roberti quondam castellani Ariensis decimam universe terre castellani apud Blaringehem, quam ipse pater abjuraverat, pro qua etiam frater eorum Robertus excommunicatus decesserat, in presentia nostra abjurantes, ecclesie Tervannensi dimiserunt. Ut autem hoc ratum maneat, sigilli mei attestatione confirmo, testibus his : Domina Elisabeth comitissa, Symone abbate de Anchin, Galtero abbate de Auchi, domino Girardo de Mesines, magistro Balduino le Faune, Willelmo castellano Audomariensi, Gilleberto de Aria, Radulfo de Lens. Actum est hoc anno domini M° C° LXXX°.

66

De decimis de Lusi et de Helencort.

(1180).

A. pièce LXXVIII. Ut omnis que per successionem temporum subrepere solet tollatur ambiguitas, et in lucem prodiens illesa in perpetuum rei geste conservetur veritas, ego Walterus dei patientia humilis abbas monasterii de Alchi et capitulum, notum facimus tam presenti etati quam future posteritati quod habito verbo quodam pacis alterutrum cum Everardo, Morinensis ecclesie decano, et capitulo suo, in hunc modum amicabiliter convenimus : quod jam dictus decanus, pro salute anime sue et maxime pro anniversario suo, in ipsa Morinensi ecclesia, per omne tempus posterum sollempniter faciendo, duas garbas totius terre Alulfi fratris sui apud Luisi, presentibus et consentientibus prenominato Alulfo et filio et herede suo magistro Balduino, per assensum nostrum et capituli nostri requisitum et impetratum ; unde videlicet predicta decima ab antiquo titulo tenebatur

feodotario, coram canonicis, clericis plurimis et laicis, ecclesie Morinensi in elemosinam donavit, et donationem super altare sollempnius in ipsa ecclesia resignavit. Preterea nichilominus est sciendum quod decimam quandam quam Guichardus de Erlaincurt, pridem apud monasterium nostrum factus monachus, ab ecclesia Morinensi in feodo tenuit, voto ejusdem et donationi quam nobis idem assignavit consentiens, ecclesia Morinensis ratam habuit et liberaliter concessit. Ut ergo decime utriusque rata maneat et inconcussa donatio, nec cujuspiam subdole posteritatis labefactari queat machinamento, paginam presentem insignire duximus sigilli nostri munimento. Actum est hoc anno domini M° C° LXXX°, sub his testibus : Hugone priore, Willelmo de Broborch, sacerdotibus ; Alardo diacone, Hugone de Verton, Mauricio, subdiaconis ; Matheo, Johanne, pueris ; magistro Balduino, magistro Silvino, vavasoribus ecclesie ; Balduino de Heseke, Engerranno de Wercin, militibus ; Odone et Waltero de Erlencurt, vavasoribus.

67

De reddibus canonicorum.

Sans date (1181-1185, octobre).

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Morinensis ecclesie canonicis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis [hominum] desideriis dignum est facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequi [ac complere. Eapropter ..... *(Lacune d'environ quatre lignes)* de]voluta noscuntur, sicut ea canonice et sine controversia possidetis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus : altare de Lonvileirs, et de Sancte Marie villa, altare de Clene[le]u et Drouhimunt, altare de Hanelai ....., altare de Surkes et de Brunnesbercha, altare de Gondesbercha, altare de Felcinel, altare de Lestes et de Kernes, altare de Berkin cum decima Willelmi de Lenclos, altare de Lenni et de Marchais ..... campane, altare de Lambrettes et de Bergetes et de Mallingehem, altare de Huringhehem, in altari de Heka triginta et octo solidos ad duo vina, tercia garba decime de Casteler quam dedit Giraudus de Matringhehem ecclesie, due mansure cum ortis adjacentibus continue mansure Flandrensis

A. pièce XV.

archidiaconi ab occidentali parte et [alia] quedam contigua predictis ortis quam emit Adam sacerdos et canonicus ; et terram de ..... in valle de Musem quam dedit ecclesie, et due marce de molendino Hosto[nis] assignate annuatim ad lumina claustri ..... *(Lacune d'environ cinq lignes)*. Datum Verone ..... kal. novembris.

68

[*Item, de redditibus canonicorum*].

Sans date (1181-1185, 26 novembre).

A. pièce XVI. Lucius episcopus servus servorum Dei venerabili ..... Morinorum episcopo, salutem et apostolicam benedictionem ..... *(Quatorze lignes illisibles* [1]*)*. Datum Verone VI kal. decembris.

69

De duabus marcis d'Ostremolin [2].

(1183).

A. pièce XXXVIIII. Willelmus dei gratia Remorum archiepiscopus, sancte Romane ecclesie tituli sancte Sabine cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Cristo filiis Clarembaldo decano totique capitulo Morinensis ecclesie, in perpetuum. Justis petentium desideriis facilem nos prebere consensum et ea que a rationis tramite discordare non videntur effectu prosequente facilius adimplere tenemur. Eapropter, dilecti in Cristo filii, vestris justis postulationibus libentius annuentes et paci ac quieti ecclesie vestre quam sincere diligimus providere cupientes, duas marchas argenti quas vobis Osto miles de Resbecha in molendino de Ostomolin singulis annis percipiendas donavit et in perpetuum elemosinam concessit vobis et successoribus vestris libere et quiete in perpetuum habendas concedimus et tam presentis scripti patrocinio quam sigilli nostri auctoritate confirmamus ; sta-

[1] Une note marginale fait connaître le sujet de cette bulle : « Quod in civitate Morino non » potest fieri castrum. » — Voy. plus haut n° 22 la charte du comte Thierri sur le même sujet.

[2] « Abolitum est hoc per aliud privilegium. » Note marginale d'une main du milieu du XIII[e] siècle, la même qui a transcrit la partie du cartulaire que nous désignons par A [2].

tuentes et sub anathemate prohibentes ne quis huic nostre confirmationis pagine ausu temerario contraire presumat, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Actum anno ab incarnatione domini millesimo centesimo octogesimo tercio. Datum per manum Lamberti cancellarii nostri.

70

De prebenda sancti spiritus primo instituta.

(1184).

In nomine spiritus sancti, ego Desiderius, dei gratia Morinorum episcopus, tam presentibus quam futuris. In memoriam et gratiam bene pro devotione sua merentium, in munimentum pie donata possidentium, in exemplum et provocationem tale aliquid emulari volentium, innotescere volumus quod vir spectabilis carissimus noster Johannes Morinensis ecclesie cantor, ad frequentandam cotidie missam de spiritu sancto, ut qui frequenter per peccata nostra elabitur, frequenter advenire poscatur, prebendam cum bene placito et assensu nostro, coram positis fratribus et approbantibus, instituens decimam et altare de Tembrona quod de nobis tenuerat, salvo vavassore, et decimam de Hupem, quam sub Ernulfo Tervannensi advocato feodaliter possederat, assensu ejus et Adilidis uxoris ipsius et filii eorumdem Ernulfi, in manu nostra resignavit. Hoc quoque ordinavit ut hujus prebende sacerdos ex isdem redditibus, singulis dominicis, singulos solidos ad mensam sancti spiritus per manum decani inferret et quinque solidos ad oblationes conventus in commemoratione omnium fidelium defunctorum ministris altaris et pauperibus erogandas dispensaret, et leprosis civitatis, in Natali, XII nummos annuatim erogaret. Optinuit nichilominus a capitulo ut idem sacerdos in vino et wastellis sollempnitatum et anniversariorum et in panibus Pentecostes et caseis, portiones ex equo cum fratribus acciperet et orationum comparticeps, anniversarium quoque suum, post decessum suum, optineret et ad omne officium chori sicut capellani Sancte Marie teneretur. Id vero sub anathemate interdicimus ne alii quam sacerdoti in propria persona deservienti hec prebenda conferatur. Donationem vero hujus prebende nobis successoribus que nostris reservamus. Et ut in perpetuum hec institutio teneat scripto et sigillo nostro, venerabilis quoque capituli nostri sigilli attesta-

A. pièce XLV.

tione munientes, iram spiritus sancti, si quis permutare temptaverit, imprecamur. Actum est anno domini M° C° LXXXIIII°, his testibus : Signum Clarembaldi decani ; S. Walteri archidiaconi ; S. Johannis cantoris ; S. Hugonis custodis ; S. Johannis Ariensis prepositi ; S. Petri magistri scolarum ; S. Petri abbatis de Andrenes ; S. Johannis magistri ; S. Ade sacerdotis ; S. Ernulphi capellani ; S. Alulfi de Nieles ; S. Balduini magistri ; S. Alelmi de Ovrivilla ; S. Johannis Suessionensis ; S. Nigelli magistri ; S. Ade de Ovrivilla ; S. Goscelini de Sancto Germano ; S. Gossuini de Torn[ai] ; S. Bernardi de Hilescort ; S. Willelmi de Renti ; S. Balduini de Torn[ai] ; S. Manasses de Wissant ; S. Symonis de Inchenegatha.

71

De missa sancti spiritus.

(1184).

A. pièce CXVII. Noverint universi ad quos littere presentes pervenerint quod ego Johannes de Hupem, beate Marie Morinensis canonicus, presbiter et cantor, ad celebrandam perpetuo missam in honore et nomine spiritus sancti, ad usus ejusdem misse omnium canonice sacerdotum, altare et decimam de Hupem, que de feodo E. advocati hereditario jure possidebam, ipsius E. et uxoris et filii consensu, donavi. Preter hec autem ad ejusdem misse celebrationem quicquid apud Tembrone de domini episcopi feodo preter vavassorem possidebam, hereditarie possidendum contuli ad usus ejusdem misse omnium sacerdotum canonice positorum. Hanc vero veritatem omnibus constare volo quod ego Johannes et presbiter et vavassor meus de Tembrone omnes ipsius ville altaris subventiones equis portionibus partiri debemus, excepto quod presbiter confessiones suas solus habet. Hec autem donatio facta est et in presentia et de consensu domini Desiderii episcopi, anno domini M° C° LXXX° IIII°, per manum domini D. episcopi, presentibus C. decano et totius Morinensis ecclesie capitulo et aliis multis.

Item de eodem.

(1184).

Ego Ernulfus Tervanne advocatus, ad profectum anime mee et utilitatem beate Marie Tervannensis ecclesie quam dilexi et diligo, palam facere volo qualiter negotium, quantum ad me attinet, circa institutionem prebende ad cotidianam missam de spiritu sancto celebrandam processerit. Habebat siquidem Johannes cantor Morinensis ecclesie altare de Hupem quod de feodo nostro descendebat. Cum ergo vellet illud ad prebendam predictam instituendam assignare, absque nostra concessione rationabiliter non poterat. Intimavit itaque michi quale et quantum bonum esset hujusmodi missam instituere et voluntati ejus accessi. Cum ergo id juris quod habebat in altari predicto in manu mea resignasset, eo videlicet tenore ut et ego quicquid juris in eodem habebam, ad prebendam spiritus sancti, domino meo episcopo Desiderio resignarem, missi sunt a latere domini episcopi Hugo custos et Alelmus de Ovrivilla per quorum manum ipsum altare domino episcopo resignavi, omni juri quod in eo videbar habere renuntians, conjuge Athelide et filio meo Ernulfo assentientibus. Nichilominus alia vice domino meo episcopo ad me divertente, agnitio resignationis ejusdem altaris a me facta est. Adhibiti sunt huic resignationi testes, ne vel altare predictum maligne destineretur vel ad aliud quam ad missam sancti spiritus secundum quod institutum erat retorqueretur. Signum Ernulfi capellani; S. Johannis sacerdotis de Relingehem; S. Roberti capellani advocati; S. Roberti magistri; S. Gosuini de Tornai; S. Stephani de Wima; S. Richardi de Inkenegata; S. Balduini de Radummeis; S. Galteri Lupi. Actum est anno domini M° C° LXXX° IIII°. A. pièce CXVIII.

De eo quod capitulum potest excommunicare et absolvere infra quadraginta dies.

(1189).

Ego Desiderius Morinorum episcopus omnibus prelatis et presbiteris nostre dyoceseos, salutem et vitam in perpetuum. Quia mundus in mali- A. pièce XLIIII

gno positus est, et malicia hominum in ecclesias dei modum supergressa grassatur adeo ut creberrima querimoniarum molestia nostris auribus inferatur, precaventes in futurum ne Morinensis ecclesia, cui majorem curam et diligentiam pre ceteris tenemur impendere, aliquid detrimenti, propter absentiam nostram vel defectum nostrum, videatur sustinere, ut aliqua prerogativa gaudeat que caput et mater ecclesiarum totius dyoceseos esse dinoscitur, in hoc eidem ecclesie, benigno assensu archidiaconorum nostrorum, volumus esse consultum ut liceat decano Morinensi et capitulo, auctoritate episcopali, citare eos qui bona ejusdem ecclesie occupaverint, vel censum presumpserint retinere sive injuriam intulerint, et si in malicia perstiterint, in eos suspensionis vel excommunicationis ferre sententiam, salvo jure episcopali et archidiaconorum, auctoritate absolvendi, si infra XL dies post latam sententiam non satisfecerint, deinceps episcopo reservata. Qui vero, ad mandatum decani et capituli Morinensis, de his que spectant ad bona ejusdem ecclesie conservanda, venire vel parere contempserint, non minori pena se noverint percellendos quam si mandatum vel sententia de ore nostro processisset. Hanc itaque indulgentiam ratam et firmam et immobilem haberi precipimus et sigilli nostri appensione communimus. Actum anno domini M° C° LXXX° IX°.

74

[*De altaribus et redditibus a domino Desiderio canonicis datis*] [1].

Sans date (1190) [2].

A. pièce XXI. Clemens episcopus servus servorum dei, dilectis filiis decano et capitulo Morinensi, salutem et apostolicam benedictionem.....

Suivent dix-neuf lignes complétement illisibles. Tout ce qu'on peut distinguer, c'est à la fin : pontificatus anno tercio.

[1] Cette rubrique est complétement effacée, nous la restituons d'après la table.

[2] Entre le 20 décembre 1189 et le 19 décembre 1190,

75

De redditibus et altaribus canonicorum.

(1190, 12 juin).

Clemens episcopus servus servorum dei, dilectis filiis decano et capitulo Morinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequi ac complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu..... Galonis capel[la .....] et cetera que frater noster D. episcopus, vester canonicus [vobis] concessit in perpetuum possidenda, alta[re .....] et de Tornehem, Anes et de Felcinel, altare de Lestes et de Kernes, altare de Berkin cum decima Willelmi de Lenclos, altare de Lenni et de [M]archais ..... campane, altare de Lambrettes et de Bergetes et de Mallingehem, altare de Huringhehem, in altari de Heka triginta et octo solidos ad duo vina, ... et allodia de Wirre que idem episcopus dicitur in ecclesia vestra ad duas prebendas contituisse, Dauhem quoque et decimam apud Embri que fuit G. de Durcath que per manum episcopi vestri a manu laica redemistis, decimam quoque de Parenti (?) et de Avennes idem episcopus vobis resignavit. *[Suivent dix lignes illisibles].* Datum Laterani, II° idus junii, pontificatus nostri anno tercio. A. pièce XX.

76

Littere Desiderii Morinensis episcopi de divisione personatus et cantuarii sancti Nicholai de Sarcus.

(1190).

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Desiderius Morinensis episcopus, ne qua [1], sicut solet, de incertis lis rediviva suscitetur quod recte distinctum et a personis ecclesiasticis approbatum de cantuario et personatu ecclesie sancti Nicholai de Sarcus, sicut distinctum et approbatum, ita et volo teneri et sub anathemathe *(sic)* precipio firmiter D. pièce CCXXVIII.

[1] Le manuscrit porte : *Nec quam.*

observari, ut videlicet predicte ecclesie persona et sacerdos in annona et in lino equales portiones accipiant, similiter in natali domini, in purificatione sancte Marie et in Pascha et in Pentecoste et in depositione sancti Nicholai. In hiis oblationibus que de jure vel de consuetudine debent venire ad manum sacerdotis, etiam si corpus presens fuit partes equales accipiant [1] et magnam soniatam bisextis annis inter se equaliter persolvent ; in annis non bisextis solus sacerdos soniatas persolvat. Preterea, de hiis que in festo sancti Nicholai afferentur hic ad manum sacerdotis parrochiani, medietatem habebunt ad sacra tecta templi, alteram vero medietatem sacerdos et persona inter se equaliter divident. Omnes vero oblationes a predictis reliqui soli cedent sacerdoti. Mansum etiam et pomerium sacerdos et successores ejus sacerdotes curam a domino episcopo habentes libere et in perpetuum possidebunt. Hanc itaque ordinationem et distinctionem personatus et cantuarii sigillorum nostrorum appensione dignum duximus communiri. Actum est anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo.

De manso Guiffridi Baconis canonicis dato in perpetuum.

(1190).

A. pièce XXXVI. Quum pastoralis officii est maxime ea que ad utilitatem et honestatem sancte ecclesie spectant conservare et communire, ego Desiderius dei gratia Morinensis episcopus, tam presentibus quam futuris presenti pagina innotescere volo quod Ernulfus Tervanne advocatus, cum haberet dominium in manso quod Guifridus Bacho de ipso advocato feodaliter tenebat, quod mansionibus canonicorum Morinensium interjacebat, quicquid dominii, quicquid juris in eodem manso optinebat, ecclesie Morinensi libere et absolute in perpetuum pro redemptione anime sue et patris et matris et uxoris super altare beatissime dei genitricis et virginis Marie resignavit ; hominibus suis Johanne de Huppem et Willelmo de Matringehem presentibus et approbantibus, et dilecta filia sua Elizabeth manum donationi apponente, maxime cum filium suum Ernulfum, da

[1] Le manuscrit porte : *Acceperant.*

quem fuerat devolvenda hereditas, plurimorum probabilium virorum testimonio didicisset, sub ipsa die qua iter Iherosolimitane peregrinationis arripuit, ejusdem dominii donationem, votis omnibus ecclesie Morinensis, quoad ipsum attinere videbatur, prerogasse. Hanc itaque concessionem et donationem rationabiliter factam et approbamus et sigilli nostri appositione communimus. Si quis autem hanc concessionem seu donationem tam utilem et necessariam ecclesie Morinensi aliquatenus infringere vel contraire presumpserit, iram omnipotentis dei et virginis matris ejus se noverit incursurum et mansionibus que justis in celesti Iherusalem preparantur, eliminetur. Actum est anno domini M° D° XC°, hiis astantibus et approbantibus : Petro decano, Lambino archidiacono, Johanne cantore, Hugone thesaurario et capitulo et scola et decanis Renero de Heska et Symone de Gisnes et aliis quamplurimis presbiteris, clericis et laicis.

78

De altaribus de Parenti et de Avenne, et de Neun.

(1190).

Anno domini M° C° XC°, ego Desiderius dei gratia Morinensis episcopus, altaria de Parenti et de Avenne et de Neun, quas Galterus miles de Helli de nobis feodaliter tenere videbatur, ecclesia Morinensi redimente et ipso G. renuntiante et fidem cum fratre suo interponente quod nichil amplius juris in decimis eisdem reclamarent, affidentibus cum feodatis suis, Johanne cantore, Hugone custode, Roberto de Cresecca, et Ernulfo de Wima, libera a servicio, ecclesie concessi. Qui ejusdem ergo injuriam ecclesie superirrogare temptaverint, iram dei et beate matris ipsius incurrat *(sic)*. A. pièce LIIII.

79

De XII denariis ad caritatem sancti Stephani dalis.

(1190).

Ego Galterus decanus et capitulum sancti Salvatoris de Sancto Paulo, notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quod Nicholaus sacer- A. pièce LXXXIII.

dos et Philippus diaconus, frater ejus, clerici Morinensis ecclesie, cum haberent in nostro comitatu de Kescha hospitem unum qui reddebat eis annuum canonem duodecim denariorum, ipsum hospitem ad refectionem sancti Stephani protomartyris contulerunt, ita [ut] Morinensis decanus predictum canonem duodecim denariorum Boloniensis monete a prefato hospite, singulis annis in festo sancti Andree, perciperet et licentie introitus et exitus et relevationes ad eundem decanum pertinerent, nobis banno sanguinis et furis reservato. Nos ergo huic donationi benignum assensum prebentes, amore martyris et nostre matris ecclesie Morinensis, sigillo nostro irrevocabiliter confirmamus. Actum est hoc anno domini millesimo centesimo nonagesimo.

80

De compositione super molendino de Alekine facta.

(1190).

A. pièce CIII. Ego Desiderius, dei gratia Morinorum episcopus, omnibus Cristi fidelibus litteras istas inspicientibus in domino salutem. Notum facimus presentibus et futuris quod in presentia nostra constituti homines nostri Robertus et Paganus milites, Balduinus vavassor et fere omnes antiquiores de Alekina [notum fecerunt] inter bone memorie Milonem episcopum predecessorem nostrum et ipsum Ar., diu habita, tandem inter ipsos, omni lite sopita, amicabiliter in hunc modum compositum fuisse: quod episcopus concessit predicto Ar. molendinario successoribusque suis heredibus, singulis annis, decem raserias frumenti quatuor nummis, melioris deterioris, ad mensuram qua emitur et venditur frumentum apud Alekina, integre percipiendas. Quam concessionem et recognitionem approbantes nos solvimus Roberto, prefati Arnulfi heredi, pretaxatum frumentum et tam ipsi R. quam successoribus suis heredibus quotannis solvendum duximus quum ipse R. et heredes sui, fide interposita, spontanee juraverunt hanc pactionem se et successores suos inviolabiliter et in perpetuum observaturos. Quod ut ratum maneat et inconcussum, paginam presentem sigilli nostri appensione duximus insignire. Actum est hoc anno domini M° C° XC°, sub his testibus : H. thesaurario, Ar. capellano, H. presbitero de Alekina, B. presbitero de Jurni, magistro Balduino,

Johanne Suessionensi, G. de Prat, Roberto, militibus ; Balduino vavassore, Huberto Robelin, Stephano Fabro, Hermaro et aliis pluribus.

81

De dono episcopi Desiderii altaris de Eka.

(1191).

Sicut de beata peccatrice dicitur, quia prevenit ungere corpus Ihesu in sepulturam, ita ego Desiderius divina miseratione Morinorum episcopus, licet longe inferior, breviationem dierum meorum intelligens, cum portio altaris de Eka, ad anniversarium predecessoris mei bone memorie Milonis quondam episcopi et ad festivitatem sancti Andree apostoli sollempnius faciendam, Morinensi ecclesie collata fuisset, residuum quoque ejusdem altaris, ad anniversarium meum in eadem ecclesia faciendum sollempniter, ordinavi. Et ne quod infirmus feceram, aliquis malivolus infirmare in posterum niteretur, donationem predicti altaris de Eka, quam feceram ecclesie Morinensi, litteris meis et sigilli mei attestatione roboravi. Si quis igitur donationem hanc et personatum altaris de Eka quam ecclesie Morinensi canonice devotus contuli, ab eadem ecclesia alienare vel diminuere temptaverit, indignationem domini Ihesu et virginis matris incurrat. Actum est hoc anno domini M° C° XCI°. A. pièce XXXII.

82

De dono quorumdam altarium a Johanne cantore facto.

(1192).

Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint in domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum dilectus et fidelis noster Johannes cantor Morinensis altaria de Helfaut, de Piehem, de Hupem et Tembrona cum decima de Fokecummaisnil et Weringehem diu, quasi jure hereditario, possedisset, cavens ne post obitum ejus ad laicam potestatem illa redire contingeret, de assensu Berte sororis sue, ad quam tanquam heredem eadem erant devolvenda, si jure possint hereditario possideri, coram domino Remensi archiepiscopo, A. pièce CXV.

de consilio ejusdem et bene placito, in manus nostras, ad opus capituli nostri resignavit, ordinans et disponens eadem ad usus trium capellanorum, quorum duo, vicissim per ebdomadas de spiritu sancto et tercius pro fidelibus defunctis, jugiter missam celebrabunt. Unde nos tam concessionem inde capitulo nostro factam quam ordinationem ejusdem cantoris de predictis gratam habentes et ratam, presentis scripti patrocinio et sigilli nostri appensione communimus, sub anathemate prohibentes ne cui hujus nostre confirmationis paginam liceat infringere. Actum anno verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo secundo.

83

De confirmatione Willelmi archiepiscopi Remensis altarium et reddituum que dedit Johannes cantor Morinensis.

(1192).

A. pièce XXXVIII et D. pièce CCXL.

Willelmus dei gratia Remorum archiepiscopus, sancte Romane ecclesie, tituli sancte Sabine, cardinalis, apostolice sedis legatus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum dilectus filius noster Johannes cantor Morinensis altaria de Helefaut, de Pihem, de Hupem et Tembrona, cum decima de Fokecunmaisnil et Weringehem diu, quasi jure hereditario, possedisset, cavens ne post obitum ejus ad laicam potestatem illa redire contingeret, de assensu Berte sororis sue, ad quam tanquam heredem erant eadem devolvenda, si jure possent hereditario possideri, in manu venerabilis fratris nostri Lamberti Morinensis episcopi, ad opus capituli sui, coram nobis resignavit, ordinans et disponens eadem ad usus trium capellanorum, quorum duo, vicissim per edomadas de spiritu sancto et tercius pro fidelibus defunctis, jugiter missam celebrabunt. Unde nos tam concessionem inde capitulo factam quam ordinationem ejusdem cantoris super predictis gratam habentes et ratam, presentis scripti testimonio confirmamus, statuentes et sub anathemate prohibentes ne cui hujus nostre confirmationis paginam liceat infringere, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Actum anno incarnationis dominice M° C° nonagesimo secundo. Datum vacante cancellaria.

81

Quod abbas Sancti Vulmari in nemore non sit exemptus.

Sans date (1192-1193).

J. decanus, R. Ostrevandensis archidiaconus, E. cantor et magister Bar- A. pièce CVIII.
thol. canonici Attrebatenses, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Testimonium perhibemus veritati quod abbas Sancti Vulmari in nemore, interrogatus a venerabili patre Lamberto Morinensi episcopo si exemptus esset aut non, coram nobis omnibus et de Phalempin, et Cisonio, et Sancti Autberti Cameracensis abbatibus necnon et preposito Iprensi, recognovit in capitulo Attrebatensi et confessus est publice se non esse exemptum, sed ejusdem domini episcopi obedientem abbatem et devotum.

85

De ordinatione eorumdem altarium [1].

Sans date (après 1192).

Ut apud posteros bene merentis memoria in benedictione habeatur, ego A. pièce CXVI.
Petrus decanus, et capitulum Morinensis ecclesie, litteris presentibus mandavimus quod dilectus noster Johannes Morinensis cantor tribus sacerdotibus per se ipsos in Morinensi ecclesia pariter canonicis servituris, altare de Tembrona cum appendiciis suis, salvo vavassore, et decimam de Huphem ad unam prebendam, et altare de Helefaut et decimam de Fochecunmainil ad alteram prebendam, missam per ebdomadas de spiritu sancto sollempniter celebraturis, assignavit. Altare vero de Pihem cum appenditiis suis, ad terciam prebendam, ei qui pro fidelibus defunctis, singulis diebus, sollempniter celebraret, adjecit. Ordinavit nichilominus ut ebdomadarius misse de spiritu sancto, singulis dominicis, XII^cim^ nummos ad mensam spiritus sancti inferret, et in Natali et Pascha et Pentecoste, uterque sex nummos leprosis civitatis mitteret et ad oblationem conventus, in die fidelium defunctorum, V solidos procurarent in natas pauperum reversuram. Idem quoque ebdomadarii misse de spiritu sancto et tercius-

[1] Voy. plus haut n^os^ 82 et 83.

qui pro animabus institutus est et specialem orationem, pro anima institutoris et antecessorum ipsius, in missis suis facient et anniversaria eorum oblationibus prosequentur. Altare vero de Huringehem cum appenditiis ejusdem altaris et allodia de Bechout et de Felchin et Arnulfi valle ad V anniversaria, sui unum, matris sue unum, fratrum suorum unum, Berte sororis sue unum, reliquarum sororum unum et ad vina duorum sacerdotum, alterius videlicet misse de spiritu sancto, alterius mortuorum, assignavit de catallis suis quod minus esset ad hec implenda suppleturus.

86

De decima de Wencli.

Sans date (1192-1207).

A. pièce LXVIII. Notum sit tam presenti etati quam future posteritati quod ego, Arnulfus Tervannensis advocatus, intuitu Dei et saluti anime mee et antecessorum meorum consulens, propter etiam dilectionem quam erga nos et nostros habebat et semper habuit ecclesia Morinensis, duas garbas totius decime annone et leguminis, excepta faba, de Wencli, libere et absolute in perpetuum donavi, et per manum venerabilis domini mei Lamberti Morinensis episcopi, super altare beate Marie, coram multis clericis videlicet et laicis, resignavi; ita quod anniversarium meum sollempne, duplo vino et wastellis duplis, singulis annis, ab ecclesia recoletur. Huic autem donationi Elyzabeth uxor mea sororesque, Agnes videlicet Metensis advocatissa, et filii ejus et filie, Elyzabeth quoque soror nostra, assensum prebuerunt et favorem. Ne igitur aliquis maligno ductus, quod absit, spiritu, donationem hujusmodi perturbare posset, presentem inde paginam sigilli nostri testimonio duximus roborari.

87

Item de compromissione facta super eodem. [inter episcopum Morinensem et canonicos Yprenses].

Sans date (1192-1207).

A. pièce CXIII. Ego Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, et ego H. Sancti Martini Iprensis ecclesie prepositus, cum Galtero decano meo, magistro Lam-

berto, Johanne Pascali, Ervinaldo, secundum hanc formam compromisimus, super articulis quibusdam subter annotatis : scilicet in abbatem de Claromaresc, prepositum de Watenes, decanum Morinensem. Articuli igitur sunt isti : primus, presentatio ; secundus, substituendum ; tercius, pro utilitate ipsius ecclesie ; quartus, ubi debeat queri dominus episcopus ; quintus, qui canonicus presentatur. Concessimus, inquam, sub pena centum librarum legalium sterlingorum, quod recipiemus sine contradictione et firmiter observabimus quicquid arbitri predicti super jam dictis articulis fuerint arbitrati. Qui vero nostrum eorum arbitrio contradixerit vel observare renuerit, adversario suo in pena predicta condempnabitur. Ut autem hec nostra compromissio rata et firma habeat[ur], sigillorum nostrorum testimonio et appensione eam corroboravimus.

88

De homminio Hesdini.

(1193).

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Philippus dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod Lambertus, Morinensis episcopus, nos et successores nostros absolvit et in perpetuum quitos dimisit ab hommagio quod sibi debebamus facere de feodo Hesdini quod predecessores nostri domini Hesdini antecessoribus suis episcopis Morinensis ecclesie fecisse dinoscuntur. Nos vero dictum episcopum et successores suos quitavimus in perpetuum quod nec ab illo episcopo nec a successoribus suis poterimus procurationem [exigere, nos] aut successores nostri, aut servientes, aut nuncii nostri Teruannam venientes sive ibidem moram facientes. Quod ut firmam et perpetuam obtineat stabilitatem, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam precepimus confirmari. Actum Compendii, anno incarnati verbi M° C° nonagesimo tercio, regni nostri anno quarto decimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo. S. Guidonis buticularii ; S. Mathei camerarii ; S. Drogonis constabularii. Data vacante cancellaria.

A. pièce LII.

89

De eo quod advocatus debet capitulo C. marcas.

(1193).

A. pièce LXIIII. Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint in domino salutem. Arnulfus Morinensis advocatus, homo noster ligius, propter sumptus quos in peregrinatione sancta fecerat, magnis debitis obligatus, et res suas in reditu suo profligatas et male tractatas inveniens, necessitate compulsus, a karissimis nostris canonicis Morinensibus centum marchas mutuo accepit benigna expectatione eorum, post decessum suum de primis fructibus feodi sui ad nos pertinentis plene et integre percipiendas ; ita quoque ut si contingeret cum altera vice peregre proficisci in Iherusalem et sumptus facere, pro quibus debito obligaretur, ipsum debitum primo solveretur, proxime vero predictas centum marchas ecclesia nostra Morinensis perciperet. Huic assignationi Elyzabeth uxor sua advocatissa, sorores sue et nepotes sui benigne assenserunt. Nos quoque benignum gratanter adhibentes assensum, in majorem totius negotii firmitatem, presentem paginam sigilli nostri appensione confirmamus, Actum anno domini millesimo centesimo nonagesimo tercio.

90

De eodem debito.

(1193).

A. pièce LXV. Ego Arnulfus Tervannensis advocatus, magnis debitis obligatus propter sumptus quos in tanta peregrinatione feceram et res meas in reditu meo profligatas et male tractatas inveniens, hac necessitate compulsus a dilectis dominis meis canonicis Tervannensibus centum marchas mutuo accepi benigna expectatione eorum, post decessum meum de primis fructibus feodi episcopalis ab ecclesia recipiendas, ita ut si contingeret me alia vice in peregrinatione in Iherusalem sumptus facere, pro quibus debito obligarer, ipsum debitum primo solveretur, proxime vero centum marche ecclesie Morinensi solverentur. In hanc assignationem Elyzabeth uxor mea advocatissa et sorores mee et nepotes mei benignum prebuerunt assensum.

Ad majorem autem confirmationem, presentem cartam sigilli nostri apposition et subscriptorum attestatione communivimus. Signum Martini abbatis Sancti Johannis ; signum magistri Ingelrammi Noviomensis ; S. Willelmi militis de Novavilla. Actum anno domini M° C° XC° tercio.

91

Item de alio debito advocati.

(1193-1194, février).

Ego Arnulfus Tervannensis advocatus, assignationem a patre meo Arnulfo et matre mea Aelide et sorore mea Elyzabeth in quadraginta quinque marchis argenti et XI libris canonicis Morinensibus factam, pro salute animarum eorundem, hoc modo, dictorum canonicorum benigna concessione, ordinavi : ut duobus primis annis, unoquoque videlicet eorum, duodecim marche infra purificationem sancte Marie predictis canonicis persolvantur ; deinceps, singulis annis, sex marche infra purificationem eisdem refundantur, donec summa quinquaginta duarum marcharum prescriptis canonicis integre fuerit persoluta. Quod si me ante solutionem istius summe plenarie factam de hoc seculo migrare contigerit, hujus summe residuum cum centum marchis quibus eis teneor de feodo episcopali integre persolvetur. Actum Tervanne, anno domini M° C° XC° III°, mense februario. Signum Martini abbatis Sancti Johannis ; S. magistri Ingelrammi Noviomensis ; S. Willelmi militis de Novavilla. A. pièce LXVI.

92

De hereditate de Helli acquisita.

Sans date (1194).

Domino et patri L. dei gratia Morinorum episcopo, Galterus miles dominus de Helli, salutem et omnem reverentiam. Ad preces multiplices Galteri militis de Britolio hominis mei et cognati, vestre significo paternitati quod ventionem *(sic)* reddituum illorum quos idem G. vobis dicitur vendidisse, heredibus ejus et ipsam concedere faciam et gratam ac ratam habere ; et super hoc me fidejussorem constituo et ne idem G. super hac A pièce CIIII.

venditione habeat malignandi voluntatem in posterum, totum feodum suum quod a me tenet, michi tanquam domino suo abandonavit ut et vos dominum suum et meum facerem certiorem, quoniam firmior est promissio duplici confirmata ratione.

93

Item, de eodem.

(1194).

A. pièce CV. Lamberto, dei gratia Morinorum episcopo, venerabili viro, A. comitissa et domina Britolii, salutem et dilectionem in Cristo. Noverit discretio vestra quod ego pro tali conventione me vobis obligo quam Walterus de Helli, homo meus et miles, habet adversum vos, scilicet de terra sua quam vobis vendidit et quicquid tenebat de vobis in feodo et homagio ; et heredibus suis, cum ad etatem pervenerint, quod intelligere possint, jam dictam conventionem concedere faciet et perpetuo tenere. Super hoc vero jam dictus W. se michi obligavit et totam terram suam, quam de me in feodo et homagio tenet, ut si quando a conventione predicta resilierit, michi exposuit. Et ut hoc ratum teneatur, presentem paginam sigilli mei impressione premuniri feci. Actum est anno incarnati verbi M° C° LXXXX° IIII°.

94

Item, confirmatio rerum collatarum ab advocato ecclesie Morinensi.

(1194-1195, 20 mars).

A. pièce LXVIIII. Ego Arnulfus Tervanne advocatus, canonicos quidem Morinenses et omnes res eorum, ex eo quod sum advocatus, habeo pro posse et scire meo ab omni injuria defensare neque aliter michi videor honoris mei et officii dignitatem posse conservare nisi in hoc studeam devotus et fidelis existere, ut res videlicet dilecte michi pre omnibus ecclesie, quantum in me est, non deterioretur, set melioretur et crescat ; precipue tamen ea que dono antecessorum meorum et mee devotionis adjectione provenerunt, in votis habeo omnibus modis conservari et perpetua tranquillitate et securitate firmari, ut quanto domini mei canonici possederint, tanto

orent pro nobis devotius. Hac igitur ratione inducti, vobis, dilecti domini mei canonici Morinenses, allodium Carnodie quod dedit vobis Eustachius advocatus et Osto pincerna frater ejus et Hildeburgis et Alosa sorores eorum, confirmo ; decem quoque pisas caseorum quas idem Osto vobis annuatim de redditibus suis de Stenes ad vincula Sancti Petri reddendas et usque ad novum vicum in suburbio Sancti Audomari vel apud Tilleke afferendas assignavit ; omnem etiam decimationem de Altofossato vobis a patre meo per commutationem Aleste concessam ; omnem preterea decimationem que est in feodo meo de Keneleu, tam in terris cultis quam colendis, excepto lino et decima de terra Radulfi, vobis, de assensu domine Adelidis matris mee, per favorem domine I. comitisse Boloniensis, a me titulo elemosine donatam ; decimam quoque de Hersella ex dono patris mei et meo in elemosinam vobis collatam ; duas etiam mansuras claustri de terra Guifridi Baconis qui eam de patre meo tenebat, ipso patre meo jus quod in terra illa habuit penitus renuntiante, favore etiam meo super hoc prius habito, per emptionem a vobis acquisitas ; omnem preterea feodum, quem in dicto claustro habebam, vobis a me, titulo elemosine, donatum ; personatum quoque altaris de Matringehem cum decima Willelmi domini ejusdem ville et decima Petri vavassoris ejus, de assensu meo, vobis collatum. Ad hec autem duas garbas de Wencli, excepto lino et faba ortorum et carduis ortorum quas, ad anniversarium meum, in die obitus mei et sepulture, in duplo vino et duplis wastellis, perpetuo faciendum, jam nunc percipiendas assignavi vobis et posteris vestris cum omnibus rebus supradictis, patrocinio presentis scripti communio et sigilli mei appensione confirmo. Actum in ecclesia beate Marie Morinensis, coram altari beati Stephani, in presentia domini Lamberti episcopi et capituli Morinensis, anno domini M° C° XC° IIII°, XIII° kal. aprilis. Idem quoque fuit recognitum coram his testibus presbiteris : magistro Ingelrammo, Willelmo de Mardic, Balduino advocati capellano, et coram his militibus : Willelmo de Materingehem et Willelmo de Novavilla, Willelmo de Kersecha, Arnulfo de Wima, Balduino de Radummeis.

95

De confirmatione earumdem rerum a Lamberto episcopo.

(1194-1195, 1er avril).

A. pièce LXIII. Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Ea que Arnulfus, Tervannensis advocatus, in presencia nostra et capituli Morinensis constitutus, ab antecessoribus suis et ab ipso ecclesie Morinensi collata recognovit et suo autentico communivit, nos quoque, de proventu ecclesie gaudentes, ad petitionem ipsius advocati, presentibus litteris et sigillo nostro dignum duximus communire : allodium videlicet Carnodie, quod dedit canonicis Eustachius advocatus et Osto pincerna frater ejus, et Heldeburgis, et Alosa, sorores eorum ; decem quoque pisas caseorum, quas idem Osto canonicis annuatim de redditibus de Stenes, ad vincula Sancti Petri reddendas et usque ad novum vicum in suburbio Sancti Audomari vel apud Tilleke afferendas assignavit ; omnem eciam decimationem de Altofossato canonicis a patre ipsius, per commutationem allodii de Aleste, collatam ; omnem preterea decimationem que est in feodo ipsius apud Keneleu, tam in terris cultis quam colendis, excepto lino et decima de terra Radulfi, canonicis, de assensu domine A. matris sue, per favorem J. comitisse Boloniensis, a se titulo elemosine donatam ; decimam quoque de Hersele, ex dono patris ipsius et suo, in elemosinam canonicis collatam ; duas etiam mansuras claustri de terra Guifridi Baconis qui eam de patre ipsius tenebat, ipso patre suo jus quod in illa terra habuit penitus renunciante, favore etiam suo super hoc prius habito, per emptionem a canonicis acquisitas ; omnem preterea feodum quem in dicto claustro habebat canonicis a se titulo elemosine donatum ; personatum quoque altaris de Matringehem cum decima Willelmi domini ejusdem ville et decima Petri vavassoris ejus, de assensu suo canonicis collatum ; ad hec autem, duas garbas de Wencli, excepto lino et faba ortorum et carduis ortorum, quas ad anniversarium suum in die obitus sui et sepulture, in duplo vino et duplis wastellis perpetuo faciendum, jam nunc percipiendas assignavit. Actum in ecclesia beate Marie Morinensis, coram altari beati Stephani, in presentia nostra et capituli Morinensis, anno domini Mo Co XCo IIIIo, kal. aprilis. Si quis igitur super his omni-

bus ecclesiam Morinensem in aliquo fraudare temptaverit, iram dei omnipotentis et virginis matris ejus incurrat.

96

De prebenda nova ab episcopo Lamberto instituta.

(1195-1196, janvier).

Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus Cristi fidelibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverint tam presentes quam futuri quod nos, ad ampliandum cultum dei et augendum numerum canonicorum in ecclesia Morinensi domino devote deservientium, de assensu et coniventia Balduini decani et totius capituli nostri Morinensis, constituimus ut altaria de Eiz et de Hestrus, ad donationem nostram specialiter pertinentia, inpresentiarum vacantia, in unam cedant prebendam quam de novo instituimus et ut eam ceteris equivalentem reddamus, de altaribus ad mensam nostram non pertinentibus, primo vacaturis, si ad donationem nostram spectaverint, salva concessione quam fecimus thesaurario, integritatis prebende defectum supplebimus. Nos autem attendentes dilectionis ac devotionis sinceritatem quam erga nos predilectus ac familiarissimus noster magister Andreas, Suessionensis archidiacomus, incessanter habuisse dinoscitur, ei memoratam prebendam tam libenter quam liberaliter contulimus, cum omni integritate quamdiu vixerit percipiendam. Ipse vero de communibus canonicorum stipendiis nichil prorsus accipiet, nisi eam distributionem que canonicis majorem missam celebrantibus fuerit assignata, quando in propria persona ipsum, annuente domino, missam celebrare contigerit, vel nisi forte capitulum eadem stipendia sibi de mera liberalitate conferre voluerit. Post decessum autem ipsius Andree, omnes supradicti redditus ad usum Morinensis ecclesie devenient et canonico succedenti, secundum aliarum prebendarum consuetudinem, debita portio et solita distributio conferetur. Si vero nos, divina sic ordinante clementia, ante hujus prebende perfectionem decedere contigerit, idem Andreas jamdictorum altarium obventiones, omnibus diebus vite sue, tanquam canonicus, nomine prebende possidebit. Ipso quoque assumpto de medio, alter loco ejus in ecclesia substituetur, qui

A. pièce XLVI.

sepedictorum altarium emolumenta, sub prebende titulo percipiens, deo, in eadem ecclesia, devotum ac sedulum exhibebit obsequium, donec XXIIII^{or} marcharum susceperint complementum. A nobis igitur premorato facta donatione ad nos specialiter pertinente, sicut moris est in ecclesia nostra, Balduinus decanus, totumque cum ipso capitulum eundem Andream in fratrem et canonicum susceperunt, ipsi stallum in choro et locum in capitulo assignantes, aliis sollempnitatibus adhibitis, que reliquis canonicis omnibus noviter institutis fieri consueverunt. Adicimus etiam ut supradictos redditus ecclesia nostra Morinensis per manum prepositi sui annuatim recipiat et ipsi Andree persolvat. Ut ergo hec nostra institutio, tam rationabiliter quam sollempniter facta, perpetue stabilitatis robur optineat, eam presentis scripti patrocinio et sigilli nostri auctoritate confirmamus ; statuentes et sub interminatione anathematis districtius inhibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam audeat infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Actum anno gratie M° C° LXXXX° V°, mense januario.

97

De suppletione predicte prebende.

Sans date (1196). (?)

A. pièce XLVII. Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, karissimis amicis suis, Balduino decano totique capitulo Morinensi, salutem et sincere dilectionis affectum. Noverit universitas vestra quod nos ad supplendam prebendam magistri Andree Suessionensis archidiaconi, concanonici vestri, altare de Nieles vobis donamus quod, sicut certius intelleximus, valet duodecim marchas et amplius valere poterit.

98

De dono advocati decime de Nuevevile.

(1196).

A. pièce LXX. Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Notum fieri volumus tam futuris quam presentibus quod dilectus noster et fidelis

Arnulfus, advocatus Morinensis, in lecto gravis egritudinis constitutus, ne contra constitutum Lateranense in decimarum possessione vitam finiret, decimam de Novavilla, duas videlicet garbas totius decime in terris tam cultis quam colendis, extirpatis et extirpandis, in manu nostra resignavit. Nos autem ad precum ipsius instantiam, pro sua suorumque salute et precipue uxoris sue Elyzabeth, ecclesie nostre Morinensi jam dictam decimam donavimus in perpetuam elemosinam possidendam. Ut autem jam dicta elemosina rata permaneret et firma et eam capitulum Morinense possideret in pace et quiete et sine diminutione aliqua, prelatus advocatus traversum suum Tervanne quod est de feodo nostro, assensu nostro, coram hominibus nostris et suis, in hostagium dedit et obsidem, ut de illo dampna sua rehaberent, si forte, quod absit, heredes advocati vel alius aliquis huic donationi se opponerent. Ut autem hec donatio, que coram nobis sollempniter facta est, debitum robur optineat, presentis scripti patrocinio communimus et sigilli nostri auctoritate confirmamus; statuentes et sub interminatione anathematis prohibentes ne quis huic nostre confirmationi ausu temerario contraire presumat. Actum anno incarnationis domini M° C° nonagesimo sexto.

De eadem decima de Nuevevile.

(1196).

Quoniam breves dies hominis sunt et vita hominis in manibus ejus non est, dignum et utile est apicibus litterarum commendari ea que pia devotione et bona intentione geruntur, ne a memoria fidelium facile possint deleri. Ego igitur, Arnulfus, Tervannensis advocatus, notum facio tam presentibus quam futuris quod, cum cruce domini signatus, in procinctu peregrinationis essem decimam de Novavilla quam feodali titulo possedi, canonicis beate Marie Morinensis ecclesie pignore obligavi in LXX marchis, assensu domine mee I. Boloniensis comitisse et baronum suorum testimonio. In hac igitur peregrinatione, pluribus annis moram faciens, demum a transmarinis partibus ad propria reversus et debitis multis obligatus, iterum a prenominatis canonicis octoginta sex marchas Parisienses super prefatam decimam accepi. Postmodum periculosa egritudine

A. pièce LXXI.

correptus et correctus, in proprietate possessionis decimarum vitam finire metuens, ut a prenominate pecunie debito liberarer, sepedictam decimam de Novavilla, scilicet duas garbas decime totius ville, in terris quam cultis quam colendis, extirpatis et extirpandis, beate Marie Morinensis ecclesie, pro animabus antecessorum meorum et mea et uxoris mee Elyzabeth, per manum et assensum domini nostri Lamberti, Morinensis episcopi, clero et populo presente, super altare gloriose virginis in elemosinam perpetuam donavi. Insuper ut ecclesia prefatam decimam quiete et sine diminutione possideret, traversum meum Tervanne quod est de feodo domini Morinensis episcopi, ipsius assensu et hominorum *(sic)* suorum testimonio, prenominatis canonicis obsidem posui ut de illo dampna sua recuperarent. Actum est hoc anno domini millesimo centesimo monagesimo sexto.

100

De mansura advocati ante domum episcopi.

(1197).

A. pièce LVIII. Arnulfus, Tervannensis advocatus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverint tam presentes quam futuri quod ego dedi totam mansuram meam que est in atrio Sancte Marie Morinensis, juxta domum episcopi, domino meo Lamberto Morinensi episcopo successoribusque suis episcopis perpetuo possidendam. Ipse autem tres mansuras, juxta domum meam de maresco jacentes, michi dedit in concambium. Si quis vero super hoc forte questionem movere vel calumpniam attemptaverit, legitimam ei super omnia garandiam me portaturum concessi. Ut igitur hec concessio rata sit et firma, eam presentis scripti patrocinio et sigilli mei appensione confirmo. Actum anno domini millesimo centesimo nonagesimo septimo.

101

De manso Guiffridi Baconis acquisito.

(1197-1198, 1er mars).

A. pièce LX. Quoniam in hiis que utilitas et honestas sancte ecclesie exposcit, facilis est prebendus assensus, ego Ernulfus, Tervanne advocatus, cum haberem

dominium in manso quod Guifridus Bacho de me feodaliter tenebat, quod mansionibus canonicorum Morinensium interjacebat, quicquid dominii, quicquid juris in eo manso optinebam, ecclesie Morinensi libere et absolute in perpetuum, pro redemptione anime mee et patris et matris et uxoris, super altare beatissime domine mee sancte Marie resignavi, hominibus meis Johanne de Huppem et Willelmo de Matringehem approbantibus, et dilecta filia mea Helizabeth manum donationi apponente, maxime cum filium meum Ernulfum ad quem fuerat devolvenda hereditas, plurimorum probabilium virorum testimonio didicissem, sub ipsa die qua iter Iherosolomitane peregrinationis arripuit, ejusdem dominii donationem votis omnibus ecclesie Morinensis quoad ipsum attinere videbatur prerogasse. Hanc itaque meam concessionem et donationem, propter eam quam habui et habeo ad Morinensem ecclesiam dilectionem, sigilli mei appositione ratam et inconcussam haberi decerno. Actum anno domini M° C° XC° VII°, kal. martii, his testibus : Petro decano, Lambino archidiacono, Johanne cantore, Hugone thesaurario et capitulo et scola et decanis Reinero de Hescha, Symone de Gisnes et aliis quam plurimis, presbiteris, clericis et laicis.

102

Item de eodem. [De institutione capellanorum Luqueti].

(1199).

Lambertus, dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverint tam presentes quam futuri quod Symon de Inkenegata clericus, pro sua suorumque salute, dedit in elemosinam ecclesie nostre Morinensi duas garbas integras decime de Serni de omnibus terris in eadem parrochia jacentibus et duas partes reddituum personatus de Chuhem, in perpetuum possidendas, omnibus illis, qui aliquid juris in jamdictis redditibus habere videbantur, assentientibus et totum jus suum penitus abjurantibus et super altare beate Marie offerentibus, nobis quoque et decano atque capitulo nostro assensum nostrum benigne prebentibus. Nos autem ad preces ejus devotissimas decrevimus ut post decessum ipsius Symonis, de supradictis redditibus in eadem ecclesia presbiter instituatur qui assidue missam pro defunctis ce- A. pièce CXXI.

lebrabit, ad obsequium ecclesie ipsius tam in choro tenendo quam in horis sub ordine vicis sue decantandis, sicut unus de minoribus canonicis, obnoxius tenebitur, nobis et successoribus nostris episcopis institutionem illius presbiteri et omnium qui succedent presbiterorum in eorumdem reddituum perceptione reservantes. Volentes igitur ut hec nostra concessio atque institutio perpetue stabilitatis robur optineat, predicta presentis scripti patrocinio et sigilli nostri appensione confirmamus ; statuentes et sub interminatione anathematis districtius inhibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam audeat infringere vel ei in aliquo, ausu temerario contraire, salva in omnibus apostolice et metropolitane sedis auctoritate. Anno verbi incarnati millesimo centesimo XC° IX°.

103

De resignatione altarium à Warino Baignart facta.

(1200).

A. pièce CIX. Balduinus decanus totumque cum eo Morinensis ecclesie capitulum, omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Cum inpeteretur a venerabili patre nostro Lamberto Morinensi episcopo, auctoritate apostolica, per judices delegatos, Warinus Beniart super quinque altaribus de Bosrech, de Eskeldeka, de Espessa, de Cotenes et de Sancto Hylario que propter aliquantulum longinquum, predecessorum suorum episcoporum tempore, possessionem sub annuo censu quatuor marcharum quasi jure hereditario sibi vendicabat, ipse Warinus suam demum recognoscens injuriam in plena synodo Tervanne, nobis presentibus et assidentibus, necnon et aliis personis tam diocesis nostre quam aliorum episcopatuum prelatis, cunctis audientibus, palam et publice confessus est se nichil juris in predictis habere altaribus et censu. Quicquid etiam juris habere videbatur in eisdem, totum episcopo successoribusque suis episcopis simpliciter et absolute renunciavit, tactis sacrosanctis ecclesie reliquiis, cautionem prestans juratoriam, quod nullatenus de cetero ea reclamaret, nec arte nec consilio ullam reclamandi vel malignandi occasionem preberet. Similiter et duo filii ejus, Johannes et Nicholaus, tactis eisdem sanctorum reliquiis, eadem altaria cum censu abjurarunt constanti, affirmantes quod nec patri suo cedenti vel decedenti

succederent, nec episcopum nec successores suos deinceps super illa quinque altarium et census possessione molestarent. Mater quoque cum filia quicquid juris in prenominatis altaribus et censu eas contingere videbatur, in castro Sancti Pauli, coram personis ecclesiasticis, abjuraverunt, nec per eas, auxilio vel consilio, episcopo sive successoribus suis aliquam fieri molestiam, prestito juramento, promiserunt. Ipse autem dominus noster episcopus prefati Warini devotionem erga ipsum et ecclesiam nostram propensius commendans ad multarum precum nostrarum instantiam, super Warinum et filios ejus, misericordia motus, duobus filiis suis duas in ecclesia Sancti Salvatoris de Sancto Paulo et totidem in ecclesia beati Martini Hesdiniensis prebendas benigne contulit et concessit, ita quod, si patrem, utrumque filiorum vel alterum supervivere contigerit, de suo episcopus proprio et successores sui episcopi ad sui sustentationem decem marchas ad pondus Flandrense annuatim providebunt, vel si, domino instigante, artioris vite viam ingredi et habitum religionis sumere voluerit, domum, ipsius episcopi mediante consilio pariter et auxilio, pro sue voluntatis arbitrio optinebit. Ut igitur quod pro bono pacis actum est perpetue stabilitatis robur optineat, presentis scripti pagina et sigilli nostri appensione communimus. Actum anno verbi incarnati M° CC°.

104

De institutione magistri Wiberti.

(1201).

Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Cum inter ecclesiam nostram Morinensem ex una parte, et Hugonem clericum de Ballin ex altera, coram judicibus a domino papa delegatis super cujusdam prebende minoris institutione, longo tempore durasset altercatio, nos tranquillitati pariter et indempnitati ecclesie nostre modis omnibus pro posse nostro providere volentes, Attrebatum usque laboravimus, ubi per gratiam dei penitus sopito litigio, res ad pacis integritatem deducta est, ita quod Hugo omni juri quod habebat vel habere videbatur in prebenda illa renunciavit et capitulum eidem Hugoni beneficium valens decem libras currentis monete annuatim quoad viveret concessit habendum, sicut inscriptis judicum de- A. pièce CXVIIII.

legatorum et capituli Attrebatensis continetur autenticis. Nos autem desiderio desiderantes ecclesiam nostram semper ampliari honoribus et numero famulantium honorari, institutionem prebende, de qua superius facta est mentio, nequaquam volumus deperire. Fratribus itaque convocatis, communicato cum eis consilio, altare de Helefaut specialiter ad feodum nostrum pertinens, jampridem a Johanne quondam cantore Morinensi, homine nostro ligio, in manus nostras, ad opus ministerii hujus resignatum, ecclesie nostre in perpetuam contulimus elemosinam ; ita quidem ut ecclesia pro Hugone, quoad vixerit, a canonico illius prebende annuatim decem libras monete currentis accipiat, quas idem canonicus, si statutis terminis solvere noluerit, ab officio et beneficio suspendatur. Totum vero residuum in assignatione prebende illius ad missam sancti spiritus in ordine vicis sue attitulate cum omni integritate proveniat. Hugone autem sublato de medio, sepedicte prebende canonicus decem libras illas in perpetuum sibi libere retinebit. Vina quoque et liba capitulum nostrum, ad petitionem, nostram liberaliter et benigne apposuit, in usum prebende istius perpetuo proventura. Reservavimus etiam nobis et successoribus nostris hujus prebende donationem, sicut et aliarum omnium et presbiteri de Helefaut institutionem. Hanc itaque prebendam ad similitudinem institutionis altarium trium minorum prebendarum, sicut de ipsis ab antecessoribus nostris statutum est et sancitum in perpetuum permanere decernimus et redditus assignatos, scilicet altare de Helefaut, Folkecunmainil, eidem, presentis scripti patrocinio et sigilli nostri appensione, confirmamus ; statuentes et sub interminatione anathematis districtius inhibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam audeat infringere vel quod a nobis in ea decretum est ausu temerario presumat immutare. Actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo primo.

105

De concambio cujusdam molendini comitis de Sancto Paulo.

(1201-1202, janvier).

A. pièce CXIIII. Quoniam vita hominis brevis est labilisque memoria, ea que memoriter tenere et rata atque inconcussa permanere voluit antiquorum auctoritas scripto commendare consuevit. Ego itaque Hugo comes Sancti Pauli et

Ida uxor mea notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quod voluntate et assensu generorum meorum Galteri de Castellione et Johannis dominis de Nigella et filiarum mearum Elizabeth et Eustachie, concambium fecimus cum ecclesia Sancti Salvatoris de Sancto Paulo, super molendino [quod] habebat apud Manilium in hunc modum : assignavimus enim thesaurario predicte ecclesie, quicumque fuerit ille, quatuordecim sextarios frumenti ad mensuram Sancti Pauli percipiendos, unoquoque mense unum, et in Natali duos et in Pascha duos, de multura melioris frumenti quod moletur ad molendinum in medio burgo, assensu etiam et coniventia domini Lamberti Morinensis episcopi, prepositi ecclesie Sancti Salvatoris et consilio ac deliberatione Balduini decani et totius capituli Morinensis et Petri thesaurarii et canonicorum de Sancto Paulo. Rogavimus etiam dominum episcopum et capitulum Morinense ut super hoc concambio facto et firmiter tenendo scriptum suum facerent auctenticum et nisi predictis terminis solutio illorum XIIII^{cim} sextariorum frumenti parata redderetur, persone nostre excommunicationem et castrum nostrum de Sancto Paulo interdicto subjicerentur. Quod si molendinum illud aliquo casu a multura cessare sive frangi aut dirui contigerit, quicumque fuerit thesaurarius, frumentum illud de paratissimis redditibus nostris, terragio vel grangia, recipiet et habebit. Ut autem permutatio ista et concambium firma et illibata permaneant, et ne permutari possint in posterum, presentis scripti patrocinio communiri fecimus et sigilli mei et uxoris mee necnon et predictorum generorum nostrorum et filiarum nostrarum appensionibus sigillorum confirmari. Actum anno domini millesimo ducentesimo primo, mense januario.

106

De elemosina advocati de Carnoie in caseis et in rebus aliis.

(1201-1202 février).

Ego Arnulfus Tervanne advocatus, canonicos quidem Morinenses et omnes res eorum, ex eo quod sum advocatus, habeo pro posse et scire meo ab omni injuria defensare ; precipue tamen ea que dono antecessorum meorum et mee devotionis adjectione provenerunt. Hac igitur ratione inducti, vobis, dilecti domini mei canonici Morinenses, allodium Carnodie A. pièce LXII.

quod dedit vobis Eustachius advocatus et Osto princerna frater ejus et Hildeburgis et Alosa sorores eorum, confirmo. Decem quoque pisas caseorum quas idem Osto vobis annuatim de redditibus suis de Stenes, ad vincula Sancti Petri reddendas et usque ad novum vicum in suburbio Sancti Audomari vel apud Tilleke afferendas, assignavit; omnem etiam decimationem de Altofossato vobis à patre meo per commutationem Aleste concessam; omnem preterea decimationem que est in feodo meo de Keneleu tam in terris cultis quam colendis, excepto lino et decima de terra Radulfi, vobis, de assensu domine Adelidis matris mee, per favorem domine I. comitisse Boloniensis, a me titulo elemosine donatam; decimam quoque de Hersella ex dono patris mei et meo, in elemosinam vobis collatam; duas etiam mansuras claustri de terra Guifridi Baconis qui eam de patre meo tenebat, ipso patre meo jus quod in terra illa habuit penitus renuntiante, favore etiam meo super hoc prius habito, per emptionem a vobis acquisitas; omnem preterea feodum quem in dicto claustro habebam vobis a me titulo elemosine donatum; personatum quoque altaris de Matringehem cum decima Willelmi domini ejusdem ville et decima Petri vavassoris ejus de assensu meo vobis collatum. Ad hec autem duas partes totius decime de Wencli in annona et lino et carduis, in omnibus que ad decimationem spectant, in terris cultis et colendis quas, ad anniversarium diem obitus mei in duplo vino et dupplis wastellis perpetuo faciendum, jam nunc percipiendas assignavi, vobis et posteris vestris cum omnibus supradictis patrocinio presentis scripti communio et sigilli mei appensione confirmo. Actum anno gratie M° CC° primo, mense februario.

107

Item, de eodem. [De institutione capellanorum Luqueti].

(1202-1203, avril).

A. pièce CXXII. Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Constitutus in presentia nostra Karissimus et fidelis noster ligius Arnulfus Morinensis advocatus concessit per manum nostram et dedit in perpetuam elemosinam ecclesie Morinensi, ad missam pro fidelibus cotidie decantandam post decessum Symonis de Inkenegata clerici, quicquid habebat juris in altari de Bissinghe-

sela quod de me tenebat in feodum. Ne igitur ecclesie rixas dedisse videatur vel contentiones, totius negotii processum plenius explanare curavit. Dominus de Menteca jamdictum altare de ipso advocato tenebat in feodum ; sed per tria relevia, triginta videlicet libras, quodlibet de decem libris, idem altare ad suam, longo tempore transacto, hominum suorum judicio, devolutum est possessionem, cum heres, sive per sanguinis propinquitatem, sive per exemptionem nequaquam appareat qui feodum requirat et relevia persolvat. Si autem postmodum heres apparuerit et ad jus suum redire voluerit, solutis prius ecclesie tribus releviis, triginta scilicet libris, quas advocatus dedit ecclesie, idem heres predictum altare ab ecclesia tenebit in feodum et de illis triginta libris alios redditus acquiret ecclesia in obsequium defunctorum. Et si forte super hoc aliquis ecclesiam vel vi vel violentia opprimere attemptaverit, ipse vel heres suus de jamdicta elemosina ecclesie legitimam garandiam portabit et eam indempnem penitus conservabit. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentem paginam sigilli nostri auctoritate confirmamus, salva episcopi institutione presbiteri. Actum anno verbi incarnati M° ducentesimo secundo, mense aprili.

108

Item, de eodem.

(1202-1203, avril).

Arnulfus, Morinensis advocatus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverint presentes et futuri quod ego constitutus in presentia domini mei Lamberti, Morinorum episcopi, concessi per manum et dedi in perpetuam elemosinam ecclesie Morinensi, ad missam pro fidelibus cotidie decantandam, post decessum Symonis de Inkenegata clerici, quicquid habebam juris in altari de Bissinghesele, quod ab eodem domino meo episcopo tenebam in feodum. Ne igitur ecclesie rixas dedisse videar vel contentiones, totius negotii processum plenius explanare curavi. Dominus de Menteca jam dictum altare de me tenebat in feodum ; sed per tria relevia, triginta videlicet libras, quodlibet de decem libris, idem altare ad meam, longo tempore transacto, hominum meorum judicio, devolutum est possessionem, cum heres, sive per sanguinis propin-

A. pièce CXXIII.

quitatem, sive per emptionem nequaquam appareat, qui feodum requirat et relevia persolvat. Si autem postmodum heres apparuerit et ad jus suum redire voluerit, solutis prius ecclesie tribus releviis, triginta scilicet libris, quas eidem dedi ecclesie, idem heres predictum altare ab ecclesia tenebit in feodum et de triginta libris illis alios redditus acquiret ecclesia in obsequium defunctorum. Et si forte super hoc aliquis ecclesiam vel vi vel violentia opprimere attemptaverit, ego vel heres meus de jamdicta elemosina ecclesie legitimam garandiam portabo et eam indempnem penitus conservabo. In hujus itaque facti firmum ac stabile testimonium, presentem paginam sigilli mei appensione communivi. Actum anno verbi incarnati M° CC° secundo, mense aprili.

109

[*De altaribus et redditibus canonicorum*].

(1204, 22 avril).

A. pièce XXII. Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano et capitulo sancte Marie Morinensis, salutem et apostolicam benedictionem. ..... *(Dans l'énumération des biens des chanoines on ne distingue que les mots :* Nielles, Audrehem, Dauhem). Allodium insuper Carnodie quod vobis contulit Eustachius advocatus et Osto pincerna frater ejus, Hedeburgis et Alosa sorores eorum et alia bona jam ab..... aliis Tervannensibus advocatis vobis collata..... *(La fin illisible jusqu'à la date).* Datum Laterani XI kal. aprilis pontificatus nostri anno sexto.

110

De compositione facta inter episcopum Morinensem et canonicos Yprenses [1].

(1205, octobre).

A. pièce CX. Ego N. dictus abbas de Claromaresc et ego Ar. prepositus Watiniensis et ego B. decanus Morinensis, notum fieri volumus universis presentibus

[1] Cette charte a été publiée dans Warnkœnig et Gheldolf, *Histoire de la Flandre*, t. V, p. 332, d'après un cartulaire de Saint-Martin-d'Ypres.

et futuris quod, cum inter dominum episcopum et ecclesiam Morinensem ex una parte et prepositum et ecclesiam Iprensem ex altera parte, tam Rome quam in partibus istis, coram judicibus a sede apostolica delegatis, diutius litigatum fuisset, super canonicis Iprensibus ponendis in parrochialibus ecclesiis de Ipra et amovendis et super aliis quibusdam articulis, tandem, dei gratia cooperante, omnis controversia et altercatio sopita est et pax de communi assensu reformata in hunc modum : quando prepositus Iprensis voluerit ponere aliquem de canonicis suis in aliqua ecclesiarum suarum de Ipra, adducet vel mittet eum quem credet ad hoc esse idoneum ad dominum episcopum, ubicumque fuerit in archidiaconatu Flandrensi vel Tervanne. Quod si dominus episcopus tunc in aliquo predictorum locorum non fuerit, simili modo adducet vel mittet ad archidiaconum Flandrensem. Quod si ipse archidiaconus Tervanne vel in archidiaconatu suo non fuerit, adducet vel mittet eum ad officialem apud Tervannam, vel ad decanum cristianitatis de Ipra, si absens fuerit officialis. Qui canonicus, adductus vel missus, jurabit se fideliter custodire omnia jura domini episcopi et archidiaconi et decani et ecclesie Morinensis, quamdiu in parrochia illa ministrabit. Et sciendum quod in potestate prepositi Iprensis erit amovere canonicos suos a parrochiis suis quocienscumque viderit expedire. Canonicum vero illum quem voluerit ponere in loco amoti vel mortui, cum mori contigerit, infra quindecim dies post amotionem vel mortem adducet vel mittet ad dominum episcopum vel ad archidiaconum vel officialem, vel ad decanum, modo supradicto. Interim vero licebit preposito per alium presbiterum ecclesie vacanti succurrere. Secundum hanc formam supradictam faciet prepositus Iprensis, et hec nec a domino episcopo nec ab alia aliqua persona poterunt impediri. Notandum preterea quod omnes littere que pro controversiis supradictis impetrate fuerunt, vel si quas forte postmodum impetrari contigerit, per hoc arbitrium et hanc compositionem cassantur ; et si que postea de impetratis vel impetrandis apparuerint que contra arbitrium et compositionem istam sint, nullam auctoritatem vel efficatiam obtinebunt. Ut autem hec omnia perpetue stabilitatis robur obtineant, nos qui ex compromissione partium electi arbitri et pacis hujus mediatores extitimus, litteris annotari et sigillorum nostrorum fecimus appositione muniri. Ad majus etiam firmamentum, dominus Morinensis et capitulum ejus et prepositus Iprensis et capitulum ejus presentem cartam sigillorum suorum munimine confir-

marunt. Sed et judices qui fuerant super causis superius memoratis a summo pontifice delegati, scilicet Gob[ertus] abbas de Valcellis, Johannes decanus Attrebatensis et magister Robertus de Becherel canonicus Cameracensis huic arbitrio et paci benignum et favorabilem prebentes assensum ad ipsum arbitrium et pacem plenissime et perpetuo roborandam, sigilla sua presenti carte, rogatu partium, appenderunt et auctoritate apostolica confirmarunt. Actum anno gratie M° CC° V°, mense octobri.

III

[*Item, de redditibus et altaribus canonicorum*].

(1205-1206, 5 avril).

A. pièce XXIII. Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis capitulo Morinensi salutem et apostolicam benedictionem. [Justis pe]tentium desideriis dignum est facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, altaria de Audrewich, de Nieles et de Hundesberch et de Autenghes et de Hebbingehem et Epihen (?) quod est juxta Bielines et de Matringehem et de Aufenes et duas partes proventuum altarium de Sivun (?) et Silicurt et de Paren[ti] ; terciam garbam decime de Ploice et terciam garbam decime ..... que fuit Alelmi ..... *[Lacune d'environ cinq lignes]*... prioratus de Hupehem superiore ; alodie de Helchin et de Bochout et de Er[bo]val (?) que Johannes de Hupehem dictus Cantor et sorores ejus et Balduinus de Erni [miles] ecclesie [Morinensi in elemo]sinam contulerunt, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, nonas aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

112

De missa profidelibus defunctis a Balduino decano facta.

(1206).

In nomine dei et domini nostri Jhesu Cristi, amen. Ego Balduinus de- A. pièce CXXIIII.
canus et capitulum ecclesie Morinensis quibuslibet notum esse volumus nos in ecclesia nostra stabile beneficium unanimiter statuisse, quod quicumque canonice adeptus fuerit capellanus, ad omne servitium in choro, excepta majori missa, tenebitur. Quando vero conventualem missam fidelium vice sua celebrabit, ea die ad aliam non tenebitur. In aliis autem diebus, in officio altaris agendo, modus iste servabitur quod in privatis diebus pro fidelibus fiet missa, collectarum serie sic ordinata : prima collecta erit domini Desiderii episcopi ; secunda, Manasse sacerdotis ; terciam vel plures quas superaddere voluerit capellanus ipsius devotioni relinquimus. In dominicis autem, cum officio diei collectam unam fieri conveniet pro supradictis. Porro in maximis sollempnitatibus ut Natalis domini, Circumcisionis, Epyphanie, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, sancte Trinitatis, gloriose Virginis Marie, nativitatis Baptiste, Petri et Pauli de morte, sancte Crucis, Angelorum et omnium sanctorum, Dedicationis ecclesie et patroni de morte, satis erit in memento animarum precipue supradictarum memoriam habuisse. Et quia humane infirmitati pondus importabile esset cotidie altari assistere hic et socius ejus, si quem fortassis habuerit, vicissim per ebdomadas ministrabunt, aut socium non habens, duobus diebus erit in ebdomade subportandus quibus ad divinorum officium non cogetur. Adicimus etiam quod neque vicarius neque presbiter parrochialis hoc beneficium possidebit, neque alicui unquam nisi presbitero conferetur, ipsum que oportebit in ecclesia residere. Habebit autem hujus beneficii capellanus, statutis terminis per manum canonicorum, novem marchas Parisiensis monete, tres in Natali domini, de elemosina domini Manasse sacerdotis, de altari vero de Hundesberc, tres in Pascha et tres in Pentecoste. Preterea in parrochia de Matringehem tam in proventu altaris quam in duorum vavassorum decimis, terciam partem accipiet et dimidium personatus de Hupem superiori ; hoc addito, quod cum Willelmus de Matringehem miles viam universe carnis ingres-

sus fuerit, vinum unum in anniversarii sui die, de communi proventu altaris et vavassorum tam nostro quam capellani perpetuo distribuetur. De proventibus quoque personatus Gilleberti militis apud Wime terciam partem contra duas Alelmi presbiteri de Belkin habebit ; quem si redimi contigerit, pecunia reddita ad alios redditus qui permanebunt transferetur. Hanc nostre constitutionis paginam, sigilli nostri appensione firmantes, volumus immobilem permanere et si quis eam malivolus turbare attemptaverit, ipsi iram dei omnipotentis et beate Marie semper virginis imprecamur. Actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo sexto.

113

De abrenuntiatione et abjuratione magistri Wiberti super eo quod petebat equari majoribus canonicis.

(1206, 29 avril).

A. pièce LXXXIIII. R. divina permissione Atrebatensis ecclesie sacerdos humilis, I. decanus et magister W. de Habordin canonicus Atrebatensis, omnibus quibus litteras istas videre contigerit, in domino salutem. Scire volumus presentes pariter ac futuros quod cum causa quam magister Wibertus capellanus ecclesie Morinensis contra capitulum ecclesie antedicte habebat super quibusdam que sibi postulabat exhiberi ab eis : loco videlicet in capitulo, stallo in choro, cotidianis stipendiis et equali cum magnis canonicis fructuum perceptione ex anniversariis et sollempnibus festis provenientium et preterea omnimoda prebende sue integritate ac possessione nummorum in manu G. positorum, michi episcopo ac collegis meis, preposito Watiniensi et Attrebatensi archidiacono, a domino papa commissa fuisset auctoritate apostolica decidenda, tandem in dilectos nostros Egidium de Hesdinio et Warinum canonicos Morinenses et Drogonem, presbiterum parrochialem Sancti Martini, super illa controversia fuit a partibus amicabiliter compromissum. Verum nobis et arbitris ipsis ac multis aliis postmodum presentibus, supranominatus Wibertus, ductus concilio saniore, querele jamdicte renunciavit omnino, voluntati totius capituli super querela illa tam libere quam liberaliter se exponens, et interposita fidei religione confirmans quod capitulum ipsum super controversia supradicta de

cetero aliquatenus non vexaret. Actum anno domini M° CC° sexto, tercio kalendas maii.

114

De eodem [nemore de Rebecca] [1].

(1206, mai).

Ego Baldevinus de Aria omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverit universitas vestra quod ego, ob salutem anime mee et animarum antecessorum meorum qui homines fuerunt episcopi Morinensis et ei semper tanquam domino fideles exstiterunt, donavi in perpetuam elemosinam venerabili patri Ade episcopo Morinensi et successoribus suis decem mensuras nemoris parum plus vel parum minus adjacentes nemoribus que prius ei vendideram. Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur, scriptum presens sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini M° CC° XX° sexto, mense maio.

A [1]. pièce CLXX et D. p. CCXLVIII.

115

De institutione duarum missarum pro fidelibus defunctis per Simonem de Inkenegate [2].

(1206, août).

Lambertus dei gratia Morinorum episcopus, omnibus paginam istam inspecturis in domino salutem. Noverint presentes et futuri quod contuleramus Symoni clerico de Inkenegata personatus de Relli et de Maningehem. Ipsis autem resignatis, in potestate nostra producti spiritu, donavimus eos, ipso petente, ecclesie Morinensi perpetuo in elemosinam, pro nostra et patris et matris nostre et omnium fidelium salute. Predictus autem Symon, ei a quo bona cuncta procedunt omnia sua volens relinquere, eidem ecclesie contulit perpetuo in elemosinam, quod multo labore a manu laicali acquisierat in personatu de Cuhem, in personatu de Pihem,

A. pièce CXX.

[1] Le cartulaire D donne à cette pièce le titre suivant : *De donatione decem mensurarum apud Rebeskam nemorum episcopo Morinensi a Balduino de Aria.*

[2] En marge, écriture du XVI[e] siècle : *De institutione capellanorum Luquetti.*

in personatu de Bisingesele, et quod habebat in duobus hospitibus ultra aquam, et redditum terre Florvidis et wastellos et vina Morinensis ecclesie. Nos itaque, ejus considerata devotione, misericorditer agere volumus cum eo et hec omnia concessimus ei ad sustentationem vite sue quamdiu in peregrinatione hujus vite eum deus morari voluerit. Hec igitur que prelibata sunt, collata sunt in elemosinam ad opus duorum capellanorum quorum uni jam donavit Symon duas garbas decime totius territorii parrochie de Serni, quas multo sumptu et labore a manu laicali redemerat, et hic ad presens in ecclesia Morinensi missam celebrare tenebitur, hora constituta, signo pulsato, pro fidelibus defunctis. Symone autem ingresso viam universe carnis, episcopus Morinensis alium capellanum cum isto instituet et isti duo capellani decimam de Serni et omnes redditus prenominatos sibi invicem equa participabunt portione, premii et laboris in domino effecti participes. Celebrabunt autem missas suas singulis diebus unusquisque in ordine vicis sue per ebdomadas, exceptis his diebus, videlicet : die Natalis domini, Circumcisionis, Epyphanie, quatuor festivitatibus gloriose Virginis, die Cene, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, sancte Trinitatis, dedicationis ecclesie, sollempnitate omnium sanctorum ; et his diebus celebrabunt officium suum sicut diei congruerit, habita tamen memoria nostri et fundatoris, et omnium fidelium, loco competenti. Istos autem redditus pretaxatos resignavit Symon in manus nostras, et nos, horum beneficiorum successoresque nostros constituit datores et ordinatores. De voluntate igitur ipsius et consilio necnon et totius capituli nostri assensu, decrevimus ut hec beneficia presbiteris tantum conferantur qui in ecclesia Morinensi per juramenti interpositionem corporalem faciant residentiam et si parrochias aut vicarias vel utrasque fortassis habuerint, in neutrius possessione remanebunt. Alteriusmodi beneficia non excludimus, dummodo assidua et corporali eorum presentia et officia ecclesia Morinensis non fraudetur. Horis canonicis tam diurnis quam nocturnis ex beneficio debito intererunt et pro deliberatione capituli in ebdomadis et cantaria prosequendis, onera chori sustinebunt. Et si forte per incuriam aut negligentiam, vel, quod deus avertat, arrogantiam a predictis se subtraxerint, decanus eos cogendi habebit potestatem per penam suspensionis beneficii et officii, si contumaces durare presumpserint, tantumque decano obedientiam exhibebunt. Et si eadem septimana due misse, scilicet cotidiana et anniversariorum ecclesie celebrande concurrerint, collega

suo college in altera missarum subveniet, sicque vicissim alter alterius onera portando, cum omni benignitate Cristi legem et officia sua adimplebunt. Officium enim hujus misse fidelium, hora solita, loco debito, signo pulsato, neminem volumus preterire. Nos igitur devotionem factumque laudabile predicti Symonis debita gratiarum actioni prosequentes, quod per ipsum a nobis statutum est super his beneficiis et ordinatum, ratum perpetuo et inconcussum volumus permanere, et tam presentis scripti patrocinio quam sigilli nostri auctoritate confirmamus. Servantibus ea que prelibata sunt, sit pax in perpetuum. Ipsos autem qui ea conturbare vel infringere presumpserint, auctoritate dei omnipotentis et gloriose virginis atque omnium sanctorum, excommunicamus et a liminibus sancte Matris ecclesie sequestramus. Actum anno gratie M° CC° VI^to^, mense augusto.

116

Item de eodem modio (apud Novam Villam).

(1207).

Ego Walterus de Monsteriolo, dominus de Mentenai notum facimus tam presentibus quam futuris quod modium frumenti quem Willelmus pater meus dedit in perpetuam elemosinam capitulo Morinensi et post decessum ejus Engelramnus heres ipsius frater meus eidem capitulo benigne concessit et ad molendinum suum de Novavilla de meliore moltura, infra natale domini singulis annis, percipiendum assignavit, ita etiam quod si ipsum molendinum pro culpa sua vel heredum suorum wastum remanet, quamdiu cessaret molendinum, prefatus Engelrammus vel heredes sui pretaxatum modium frumenti de proprio restituere tenerentur, ego quoque memorato capitulo benigne et gratanter concedo et sigilli mei appensione confirmo. Actum anno domini millesimo ducentesimo septimo. A. pièce LXXIIII.

117

Item de eadem decima (de Nova Villa).

(1207).

Ego Galterus de Monsteriolo dominus de Mentenai, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem. Felicis memorie Ernulphus quondam Mori- A. pièce LXXII.

nensis advocatus, consanguineus meus, totam decimam quam habebat apud Novam Villam tam in terris meis quam in aliis, cultis vel colendis, obligavit ecclesie Morinensi pro quadam pecunie summa. Nos itaque obligationem illam gratam habentes et ratam, volumus et benigne concedimus ut eadem ecclesia in terris nostris de Nova Villa, tam cultis quam colendis, libere et absque contradictione percipiat decimam predictam et donec redempta fuerit pacifice possideat. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentem paginam sigilli nostri appensione confirmamus. Actum anno domini M° CC° septimo.

118

De abjuratione quadam decime de Pernes.

(1207, septembre).

A. pièce LXXXVII. Willelmus major et scabini de Pernes, omnibus ad quos littere iste pervenerint in domino salutem. Noverit universitas vestra quod constituti in presentia nostra Bartholomeus, Hemfroiz, Oiseaus, fratres Werricus et Alulfus et Heluwidis soror eorum et Reinerus Piscars, quicquid juris habebant vel habere se dicebant in decima de Pernes vel in omnibus aliis rebus in quibus adversus ecclesiam Morinensem reclamationem et controversiam movebant, omnino quitum clamaverunt et prefate ecclesie per manus nostras renunciaverunt et reddiderunt et tactis sacrosanctis predicta confirmantes etiam juraverunt quod memoratam ecclesiam amplius super hoc nullatenus inquietarent vel molestarent. Insuper Bartholomeus et Hemfroiz fratres pro fratre suo Ingelranno tunc absente fidejusserunt quod concedet et jurabit quicquid ipsi concesserunt et juraverunt. Similiter Helvidis predicta dedit Ernulfum Herlekin plegium quod Willelmus maritus ejus tunc absens, si redierit, quod ipsa fecit, faciet et jurabit. Hoc idem Reinerus Piscars pro sororc sua Maria concessit. Pro ista autem werpitione capitulum Morinense dedit centum solidos parisienses per manus nostras predictis reclamatoribus. Hoc vidimus et testamur et ea que ad jura et consuetudines majoris et scabinorum pertinent accepimus et prefatam werpitionem presenti pagina et sigilli nostri appensione munimus. Actum anno gratie M° CC° septimo, mense septembri, istis presentibus : Huberto Barba, Juliano Bello, Gunscelino, Hugone Werinfroi,

Adam Eschoier, Johanne de Cellario, Nicholao Duce, scabinis ; Bernardo presbitero, Guiffrido majore, Willelmo Fanet et aliis multis clericis et laicis.

119

Item, de modio apud Novam Villam.

Sans date (vers 1207).

Ego Ingelrannus miles de Monsteriolo notum facio tam presentibus quam futuris quod modium frumenti quem pater meus Willelmus contulit ecclesie beate marie Tervannensis ad panem canonicorum pro salute anime sue et uxoris sue matris mee Ymberge, ego similiter volens consulere anime mee, concedo et assigno eundem modium in perpetuum ad molendinum meum de Novavilla singulis annis ad natale domini de meliore moltura percipiendum. Quod si forte predictum molendinum pro culpa mea vel heredum meorum vastatum fuerit, quamdiu cessabit, ego et heredes mei de proprio restituere debemus. Hujus elemosine assignationem et donationem ne quis in posterum turbare presumpserit, impressione et appositione sigilli mei confirmo. Hujus rei testes sunt qui assessores fuerunt : Robertus abbas de Monsteriolo, Petrus presbiter de Valle, Ingelrammus presbiter de Martroi, Walterus de Capella, Andreas Diabolus, Willelmus de Nova Villa presbiteri ; Hugo de Altofossei, Clarboldus de Atin, Walterus de Villario, milites ; Hugo Poillete, Hugo Pulchra Virga, burgenses ; magister Balduinus, Goscelinus de Orrevile, Galterus de Monsteriolo, canonici Tervannenses. A. pièce LXXIII.

120

De libertate excommunicandi et absolvendi a Johanne episcopo nobis concessa et prebenda per unum annum obliganda.

Sans date (après juin 1207 et avant 1209).

I. dei gratia Morinensis electus, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverit universitas vestra quod, tam de nostro quam de cpmmuni capituli nostri assensu, statutum est : ut ipsum capitu- A. pièce CXXXVIIII

lum auctoritatem habeat citandi eos qui bona ipsius ecclesie occupaverint, redditum vel censum ejusdem seu debita retinuerint, violentiam aut injuriam vel dampna ejusdem inferre presumpserint ; et si in malicia perstiterint, potestatem habeat in eos suspensionis et excommunicationis ferre sententiam, ita etiam quod, infra XL[a] dies, condignam satisfactionem exhibentibus absolutionis beneficium valeat impertiri. Diem vero suspensionis vel excommunicationis capitulum episcopo vel ejus officiali nunciare tenetur. Elapsis vero XL[a] diebus post latam sententiam, nobis et successoribus nostris episcopis tam pena pro excommunicatione quam absolvendi potestas salvo tamen jure et querela capituli sepedicti reservetur. Quod si post XL[a] dies illos, excommunicatum vel suspensum, decanus vel capitulum absolvere presumpserit, absolvens ab episcopo puniatur. Si autem contra predicta episcopus venire voluerit, cum a tribus vel a pluribus de capitulo, etiam absente decano, fuerit inquisitus, super episcopum habeat capitulum cessandi potestatem. Ad hec si canonicus concedente capitulo, etiam sine consensu episcopi, fructus prebende sue per annum, causa necessaria interveniente, alicui obligare vel assignare voluerit, capitulum hoc concedendi liberam habeat facultatem, nichilominus tamen non obstante annotali ; ecclesia nostra, si canonicus infra prefatum terminum decesserit, elapso eodem anno, annuarium suorum plenam percipiet integritatem. Et si episcopus contraire voluerit, sicut in predictis dictum est articulis, similiter et in hoc articula capitulum contra episcopum a divinorum celebratione cessabit.

191

De resignatione mansi Walteri prepositi Sancti Audomari.

(1209, juin).

A. pièce LXXXX. W. Sancti Audomari prepositus, omnibus ad quos littere iste pervenerint in salutis auctore salutem. Notum facimus quod nos domum nostram quam habebamus in claustro apud Tervannam, mansum, ortum, et quicquid ibidem nostrum erat, tam intra murum quam extra, in manu capituli Morinensis libere et absolute resignavimus, ut inde suam faciat voluntatem. Actum anno domini M° CC° nono, mense junio.

132

De recognitione Petri de Wielewingne et concessione eidem facta a capitulo.

(1209, juin).

Stephanus major et scabini de Deverna, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Quod vidimus loquimur et quod audivimus hoc testamur. Petrus de Wilewinge constitutus coram nobis in ecclesia Sancti Salvatoris apud Devernam, proprio ore palam et publice recognovit quod nichil habebat vel habet juris hereditarii in altaribus de Wilewinge, de Kestreka, de Bischopem et de Riclingehem, sed censum habet ad vitam suam ex voluntate solummodo et gratia capituli Morinensis. In hujus igitur rei testimonium, presentem cartam sigilli nostri appensione communivimus. Actum coram Eustachio Paliot ballivo domini comitis Boloniensis anno gratie M° CC° nono, mense junio. A. pièce LXXXVI.

133

De altari de Lenseus.

(1209).

I. dei gratia Morinorum episcopus omnibus ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quod Matheus de Squerda miles et Mabilia uxor ejus vendiderunt et in elemosinam concesserunt capitulo nostro Morinensi quicquid habebant vel habere debebant in altari de Lenseus, tam in oblationibus quam in decimis minutis, videlicet agnorum, lane, et aliorum que ad minutam pertinent decimam et omnes mansuras de tenemento eorum in atrio vel circa atrium existentes, pro vinginti septem marchis Parisiensium et pro quinque solidis Parisiensium quod annuatim debebant ecclesie Morinensi; et concesserunt quod si domum aliquam vel grangiam in eodem habent atrio ad ammonitionem decani et capituli penitus amovebunt. Hoc autem apud Tervannam coram nobis taliter factum erat. Mabilia supradicta ad quam idem altare, cum prenotatis obventionibus, tanquam hereditario jure, spectabat, et Stachinus heres ejus, per manum Gilleberti de Nieles A. pièce CXXXVIII.

militis, quem Hugo dominus de Nieles de quo altare illud in feodum tenebant, eis dedit in advocatum, altare et quicquid in eo juris habebant, resignaverunt in manu predicti domini Hugonis et Matheus maritus dicte Mabilie similiter resignavit. Postea idem dominus Hugo sepedictum altare et quicquid in eo, tanquam dominus, juris habebat, in manu nostra resignavit, quod nos liberaliter ac libenter contulimus capitulo Morinensi perpetuo possidendum. Preterea quia prefatus Stachinus adhuc infra annos erat, predictus Matheus et Mabilia ad majorem capituli securitatem dederunt plegios dominum Willelmum de Squerdes, dominum Ernulfum de Wima et Hugonem filium ejus, qui, fide interposita, plegiaverunt quod memoratus Stachinus, cum ad annos suos pervenerit, hanc venditionem et elemosinam ratam habebit et ei suum prebebit assensum ; et si fortasse hoc facere recusarit, ipsi capitulo Morinensi viginti septem marchas Parisiensium reddent et de omnibus que, vel a dicto Matheo, vel a Mabilia uxore ejus, vel ab aliquo heredum suorum, super hoc contracta possint accidere capitulo, ipsum indempne conservabunt et extunc capitulum solitum quinque solidorum redditum habebit annuatim. Concesserunt etiam idem plegii sub sacramento fidei quod nos si contra hoc venire presumpserint, remota omni appellatione de eis justiciam faciamus. Insuper Hugo dominus de Nieles concessit quod pro posse suo bona fide capitulum ad hoc juvabit, ut ipsum indempne permaneat et hec pactio stabilis et firma persistat. Et ut hoc totum ratum habeatur et firmiter in posterum observetur, ad petitionem utriusque partis, vendentis scilicet et ementis et plegiorum, cartam presentem scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno domini M° CC° nono.

124

De terra Guiffridi Baconis ab abbate Sancti Bertini acquisita.

(1210).

A. pièce LXXXV. Johannes, dei patientia ecclesie Sancti Bertini minister humilis et ejusdem loci conventus, omnibus litteras istas inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos terram cum hospitibus apud Tervannam quam emimus a Guifrido Bacon et quicquid juris et dominii in predicta terra et supradictis hospitibus habebamus capitulo vendidimus

Morinensi. Unde si quis in posterum predictum capitulum super eadem terra et eisdem hospitibus molestare presumpserit, nos ei garandiam legitimam super venditione illa, lege curie nostre et judicio hominum nostrorum portabimus. Quod ut ratum habeatur et firmum, presentes litteras scribi et sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Actum anno domini M° CC° decimo.

125

De terra et decima de Clarkes.

(1210, 21 avril).

P. archidiaconus, I. decanus, E. cantor Attrebatensis, omnibus quibus presentes litteras videre contigerit, salutem in eo qui salutis est auctor. Sciat fidelium universitas quod cum inter ecclesiam Morinensem ex parte una et Nicholaum dominum de Clarkes, militem, ex altera, coram nobis auctoritate apostolica questio verteretur super decimationibus mansi ejusdem N. de Clarkes et aliorum que ad eundem mansum pertinere noscuntur, scilicet terrarum, curtilium, pecudum, vellerum et agnorum [1], quas decimationes ecclesia jam dicta petebat, ipso N. prescriptionem in contrarium allegante ac firmiter asserente, quod eas longo tempore possedisset per excambium quoddam decem videlicet menqualdatarum terre ab antecessoribus suis, ut dicebat, antedicte ecclesie collatarum, cum ipse hanc collationem legitime probare deberet, in probatione defecit. Nos itaque rationibus, allegationibus et attestationibus hinc inde auditis et plenius intellectis, auctoritate premissa et non sine prudentium virorum consilio, decimationes sepedictas per diffinitivam sententiam adjudicavimus ecclesie Morinensi in perpetuum pacifice possidendas, unde et ad majorem securitatem in posterum, presentem paginam propter hoc factam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam, subscriptis nominibus illorum qui interfuerunt, scilicet : Bernardus de Hesdinio presbiter et Eustachius subdiaconus, canonici, Radulphus et Johannes capellani Attreba-

A 2. pièce CXXXXII.

[1] Il y avait après ce mot : *Anserum et pullorum, et omnium aliorum que decimari debent ;* mais ces neuf mots ont été biffés et le mot *et* a été mis en surcharge entre les mots *vellerum* et *agnorum*.

tenses et multi alii clerici et laïci. Actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo decimo, undecimo kalendas maii.

126

De divisione Cantuarii et personatus de Lotesse[1].

(1210, juillet).

A. pièces LXXXXV et LXXXXVI.

R. divina permissione Attrebatensis ecclesie sacerdos humilis, P. archidiaconus, et E. cantor ejusdem loci, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in omnium salvatore. Sciant presentes pariter et futuri quod arbitrium quod dilecti in Cristo Garinus, Johannes Barins et magister Renerus canonici Morinenses protulerunt de causa que inter capitulum Morinense ex parte una et Gillebertum presbiterum de Lotessa ex altera parte, vertebatur, super his que ad ecclesiam de Lotessa pertinere noscuntur, nos, in hac parte judices auctoritate apostolica delegati, ratum habemus, concedimus et laudamus, prout in autentico inde facto quod inspeximus continetur, cujus seriem de verbo ad verbum ad majorem securitatem huic nostre confirmationis pagine inseri fecimus in hunc modum :

Garinus et Johannes Barins et magister Renerus canonici Morinenses, omnibus ad quos littere iste pervenerint in domino salutem : Noverit universitas vestra quod cum causa que inter capitulum Morinense ex una parte et Gillebertum presbiterum de Lotessa ex altera, vertebatur, reverendo patri R. episcopo, Pontio archidiacono et Everardo cantori Attrebatensi, auctoritate apostolica, fuisset delegata, presbiter proposuit omnia ad ecclesiam de Lotessa pertinentia, tam in oblationibus quam decimis et aliis ad ipsum spectare debere, ita tamen quod solummodo novem marchas parisiensium predictis canonicis pro ipsorum portione annuatim reddere teneretur. E contrario vero canonici proponebant quod cum jura personatus et cantuarii penitus essent divisa, presbiter tam perceptorum quam percipiendorum singulis annis in ecclesia de Lotessa fructuum sua certa portione contentus esse debebat, reliqua ipsis reservata. Cum igitur super his et quibusdam aliis diu fuisset litigatum, tandem in nos, jura-

[1] Voici la rubrique de la pièce LXXXXVI : *De arbitrio prolato super eodem*. Il y a identité parfaite entre les deux actes, seulement la pièce LXXXXVI porte la date de 1209 : *Actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo nono.*

mento interposito, sub pena etiam vigenti librarum parisiensium spontanee compromiserunt ut quicquid a nobis judicio vel compositione vel arbitrio decerneretur firmiter observarent. Nos igitur, inquisita plenius veritate, habito cum viris prudentibus consilio, arbitrati sumus quod omnium eorum que ibidem tam in oblationibus quam decimis et aliis percipiuntur, due partes ad canonicos pertinent jure personatus ; tercia vero ad presbiterum, cantuarii ratione ; et hec quidem vera sunt preter quam in legatis. In legatis enim, si minus dimidio fertone legetur, totum erit presbiteri. Si dimidius ferto vel amplius, idem quod in aliis de duabus et tercia diximus observetur. Ut autem arbitrium nostrum ratum et firmum permaneat, ipsum tam presentis scripti patrocinio quam sigillorum nostrorum appensionibus duximus roborandum.

Nos itaque preassignatum arbitrium, ratum, ut diximus, habentes et gratum, ipsum auctoritate apostolica confirmavimus et idem volentes in posterum inviolabiliter observari, presens scriptum fieri fecimus et sigillorum nostrorum impressione communiri. Actum anno gratie M° CC° decimo, mense julio.

137

De executione ejusdem arbitrii.

Sans date (1210, après juillet).

Reverendo patri et domino I. dei gratia venerabili Morinorum episcopo, R. ejusdem permissione Attrebatensis ecclesie sacerdos humilis, P. archidiaconus et E. cantor, salutem et promptam ad obsequium voluntatem. Auctoritate domini pape, cujus vicem gerimus in hac parte, paternitati vestre benigne rogando et firmiter precipiendo mandamus quatinus sententiam arbitrii a dilectis in Cristo Garino, Johanne Barin et magistro Renero canonicis vestris Morinensibus prolatam, super causa que inter capitulum Morinense ex una parte et Gillebertum presbiterum de Lotessa ex altera vertebatur, eadem auctoritate faciatis a partibus firmiter observari, sicut in autentico dictorum arbitrorum continetur et quam nos auctoritate premissa duximus confirmandam. Volumus etiam et vobis mandamus, si altera partium contra eandem sententiam venire presumpserit, quod eam usque ad condignam satisfactionem censura ecclesiastica puniatis.

A pièce LXXXXVII

128

De duobus cereis a Simone de Inkenegata ecclesie datis.

(1211, 14 août).

A. pièce LXXXXI. Johannes, dei gratia Morinorum episcopus, universis presentium noticiam habituris, in domino salutem. Noverit universitas vestra quod dominus Symon de Inkenegata, clericus, cum erga ecclesiam Morinensem cor pro posse suo semper gereret devotissimum, honorem ejusdem ecclesie modicitate bonorum multipliciter ampliasset, volens etiam, ad honorem dei simul et beate virginis, ejusdem ecclesie numerum lucernarum ampliare, octovies viginti marchas parisiensium pro quibus habebat in vadio integre personatum de Columbi et medietatem personatus de Waudringehem ad duos cereos ab instanti vigilia assumptionis ejusdem gloriosissime virginis, sine aliqua luminaris diminutione, arsuros nocte dieque in perpetuum ante majus altare, pro sua suorumque et omnium fidelium salute, liberaliter assignavit ; quas videlicet marchas, ea conditione capitulum Morinense suscepit ut semper teneretur dictos cereos providere, vel de fructibus dictorum personatuum, quamdiu essent in vadio, vel de redditibus quos ipsum capitulum emeret de pecunia supradicta, quam perciperet de redemptione, si forsan aliquando redimerentur personatus. Ad hoc etiam se obligavit capitulum et Gerardus, tunc temporis thesaurarius Morinensis ecclesie, ut si aliquando per octo dies dictorum lumen deficeret cereorum, ex tunc usque ad satisfactionem condignam, totum luminare quod debet ecclesie subtraheret thesaurarius in confusionem capituli Morinensis. Alioquin, penam anathematis et thesaurarius et capitulum Morinense incurrerent, sicut propriis auribus audierunt. Nos quoque ad petitionem predicti Symonis et capituli, excommunicavimus omnes illos qui contra premissa maliciose presumpserint aliquid attemptare vel pro posse suo ea neglexerint observare. Et ut hec inconcussa permaneant, tam nostri quam Morinensis capituli, necnon et thesaurarii sigillorum auctoritate presentem paginam duximus roborare. Actum anno domini M° CC° undecimo, mense augusto, vigilia assumpsionis beate virginis [1].

[1] En marge et en caractères presque contemporains, on lit : « Tercium cereum postea instituit quod capitulum similiter teneatur procurare eodem. » — (Voir la pièce cotée : CLIII).

129

De divisione personatus et cantuarii de Ellembon.

(1212, juillet).

Johannes, dei gratia Morinorum episcopus, omnibus ad quos presentes littere pervenerunt, in domino salutem. Divisionem personatus et cantuarii de Ellembom, cui de mandato nostro interfuerunt abbas de Liskes et Hugo officialis noster, canonicus Morinensis, que taliter facta est quod scilicet persona in omnibus duas partes habebit et presbiter terciam, exceptis denariis confessionum, visitationum, et solo denario oblationis in quibus persona nichil sed presbiter totum habebit, approbamus et sigilli nostri appositione confirmamus. Actum anno gratie millesimo ducentesimo duodecimo, mense julio. A. pièce CXXV.

130

De compositione facta inter episcopum Johannem et abbatissam de Messines [1].

(1212, 13 septembre. — 21 décembre).

R. divina permissione Attrebatensis episcopus, omnibus presentium inspectoribus, salutem in omnium salvatore. Sciat tam futurorum quam presentium universitas presentem paginam inspectura quod dominus Johannes venerabilis Morinorum episcopus, de assensu capituli sui, et dilecta in Cristo Elizabeth abbatissa et conventus Mecinensis super querela que inter eos agebatur, pro bono pacis amicabiliter inter se composuerunt, sicut in autentico dictarum abbatisse et conventus, sigillo earum signato, quod inspeximus continetur, cujus seriem de verbo ad verbum hiis litteris nostris inseri fecimus in hunc modum : A. pièces CVI et CVII.

Elizabeth abbatissa et conventus de Mecinis, omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter reverendum patrem dominum Johannem Morinensem episcopum et nos super visitatione et procuratione ipsius episcopi controversia verte-

[1] Le n° CVII ne contient que la charte de l'abbesse de Messines du 13 septembre 1212.

retur, de assensu Morinensis capituli, mediantibus venerabili patre domino R. Attrebatensi episcopo qui super hoc a domino papa mandatum receperat speciale et venerabilibus viris arbitris magistro Egidio de Hinniaco canonico Attrebatensi ab ipso domino Morinensi electo et magistro Thoma de Gandavo canonico Insulensi a nobis electo amicabilis tandem compositio intervenit in hac forma : quocienscumque semel in anno placuerit episcopo ecclesiam nostram visitare personaliter et ei visitationis officium impendere, ecclesia nostro monete in loco cursalis centum solidos persolvet episcopo, ratione procurationis ipsius, et contentus erit episcopus tali procuratione nisi ob aliam causam ab ecclesia nostra ad locum fuerit evocatus nec habebit illos centum solidos nisi semel in anno et nisi quando personaliter accedet ad locum. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno domini M° CC° XII°, III° idus septembris.

Nos itaque compositionem prescriptam a partibus pro bono pacis confectam et in scriptis redactam ratam habemus et gratam et eam auctoritate apostolica presentis scripti patrocinio sigilli nostri roborati munimine confirmamus. Actum anno gratie millesimo ducentesimo duodecimo, XVI° kal. januarii.

181

Item, de eodem.

(1213 juillet).

A. pièce CXI. H. dei permissione prepositus totumque ecclesie Sancti Martini Iprensis capitulum, universis ad quos littere iste pervenerint, in domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum inter reverendum patrem nostrum Lambertum dei gratia Morinensem episcopum et nos, super presbiterorum parrochialium de Ipra presentatione et institutione controversia verteretur, tandem, post multas altercationes, composuimus in hunc modum : presbiteros in parrochiis instituendos idoneos episcopo presentabimus qui, sacramento interposito, fidelitatem ei exhibebunt, jurantes quod jura episcopi, archidiaconi et decani, pro possibilitate sua observabunt et contra jus in nullo eis contradicent. Instituti autem nullatenus preter episcopi voluntatem poterunt amoveri, nisi ratione excessus, vel

forsitan necessitate Iprensis ecclesie imminente, causa necessaria episcopo manifestata, vel excessu ostenso, de consensu episcopi amoveantur. Magister vero Lambertus, Egidius et Galterus de Dixmuda nunquam in ecclesiis parrochialibus tanquam parrochiales presbiteri divina celebrabunt, nisi de gratia et consensu episcopi istud potuerint obtinere. Ut autem hec compositio rata deinceps et firma permaneat, eam in perpetuum observandam, sub fidelitate obedientie qua Episcopo tenemur, concessimus et presentis scripti patrocinio sigillique nostri appensione confirmamus. Actum in presentia B. decani, Joseph archidiaconi, et Guillelmi cantoris tociusque capituli Morinensis, anno domini M° CC° tercio, mense julio.

133

Item, de eodem.

Sans date (après juillet 1213).

In hunc modum pax reformata est inter dominum Episcopum et ecclesiam Morinensem ex una parte et ecclesiam Sancti Martini Iprensis, ex altera parte : in potestate prepositi Iprensis erit amovere canonicos suos a parrochiis suis, quotienscumque viderit expedire. Postea veniet ad dominum episcopum et si ipsum non invenerit, accedet ad archidiaconum, et si ipse forte absens fuerit, apparebit coram officiali, quem si reperire non potuerit, veniet ad decanum et dicet : « Amovi canonicum illum a « parrochia illa vel illa, pro utilitate ecclesie mee et vobis presento istum « substituendum, quem credo ad hoc idoneum esse. » Qui canonicus presentatus, jurabit se fideliter custodire omnia jura domini episcopi et archidiaconi et decani et ecclesie Morinensis, quamdiu in parrochia illa ministrabit. Secundum hanc formam supradictam debet facere prepositus et hoc nec a domino episcopo nec ab alia aliqua persona poterit impediri. Sane hec pax debet fieri de assensu judicum a domino papa delegatorum super querela que vertebatur inter dominum Morinensem et ecclesiam Sancti Martini Iprensis et appositione sigillorum suorum et sigillorum domini episcopi et capituli Morinensis et prepositi et capituli Sancti Martini Iprensis et prepositi Watiniensis, et abbatum Sancti Bertini et de Ham et de Andernes et de Blangi et de Balanciis et de Claromarese qui re-

A. pièce CXII.

formationi predicte pacis interfuerunt, confirmabitur. Insuper sciendum quod omnes littere que pro predicta controversia impetrate fuerunt cassabuntur et si que de impetratis vel impetrandis postea apparuerunt, nullam auctoritatem vel efficatiam obtinebunt. Ego, ... *(sic)* dictus abbas de Claromaresc qui ad hec omnia interfui prout melius recordari possum, testificor quod omnia sic se habent et ad petitionem utriusque partis sigillum meum apposui.

133

Item, de eodem modio [*ad molendinum de Nova-Villa*].

(1213, août).

A. pièce LXXV. Ego Willelmus, dominus de Montcaverel, notum facio omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, quod capitulum Morinense habet in redditu unum modium bladi ad molendinum de Nova-Villa singulis annis persolvendum a festo omnium sanctorum deinceps, quod ego et heredes mei solvere tenemur, quamdiu idem molendinum fuerit penes nos. Quod ut ratum permaneat et firmum, presenti scripto nostrum fecimus apponi sigillum. Actum anno domini M° CC° XIII°, mense augusti.

134

Item, de eodem modio.

Sans date (vers 1213).

A. pièce LXXVI. Petrus, divina permissione archidiaconus, I. decanus Atrebatensis omnibus quibus litteras istas videre contigerit, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter canonicos Morinenses ex una parte, et dominum Willelmum de Mentenai ex altera, questio coram nobis auctoritate apostolica verteretur super redditibus unius modii frumenti annuatim solvendis et super decima de Nova-Villa, procurator domini Willelmi coram nobis recognovit dominum suum dictum modium predictis canonicis debere annuatim, unde dictos canonicos in veram possessionem illius modii misimus.

185

De conventione inter canonicos Watinenses et capitulum Morinensem super quadam capella constructa in Wastina apud Runescure.

(1215, 13 août).

Hugo, dei gratia prepositus et conventus ecclesie Watiniensis omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos coram venerabili patre domino A. dei gratia Morinorum episcopo qui capellam de Wastina ad preces nostras, de assensu Morinensis capituli, consecravit, in hoc consensimus, obligantes nos et posteros nostros et maxime habitaturos in eodem loco canonicos, quod salvo per omnia jure parrochiali et ecclesie Morinensis, in rebus aliis specialiter expressum fuit quod ecclesia Morinensis et parrochialis presbiter in eodem loco omnem decimam de terris cultis et colendis et nutrimentris animalium, oblationes parrochianorum de Reuenscura et servientium nostrorum qui religionis habitum non sumpserint et de eisdem servientibus, si que occurrerint nuptiales vel exequiales vel hujusmodi obventiones, sine contradictione percipient, et etiam medietatem de omnibus preter terras que nobis tales servientes nostri vel quicumque parrochiani de Renuenscura in testamento legaverint. Preterea si super jure parrochiali contra nos vel quoscumque nostri ordinis canonicos ibidem mansuros emerserit aliquid questionis, omni appellatione remota, nulla occasione obstante, Morinensis curie judicio decidetur ; hoc etiam addito, quod quemcumque, sive priorem, sive prepositum, sive abbatem, eidem loco immediate preesse contigerit, in verbo domini promittere et a suo superiori in virtute sancte obedientie injunctum recipere tenebitur quod ipse bona fide, pro posse suo, omnia premissa capituli Morinensis et parrochialis presbyteri jura servabit illesa et sine diminutione reddet requisitus. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentes litteras in hujus rei testimonium sigillo nostro dignum duximus communire. Actum anno dominì M° CC° quinto decimo, idus augusti. A. pièce LXXXXIII.

136

De Sancto Augustino (scilicet monasterio juxta Morinum).

(1215, octobre).

A¹ pièce CXXXXVII Willelmus decanus et capitulum Sancte Marie Morinensis, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Noverint universi quod nos dilectis nostris abbati et conventui Sancti Augustini Morinensis dedimus licentiam construendi molendinum de aqua que dicitur Liis, infra septa abbatie, ad opus tantum ipsius abbatie et curiarum ejusdem. Ne igitur hec nostra licentia, que ad petitionem domini Ade episcopi nostri et ad crebras et humiles preces dictorum abbatis et conventus de nostro consensu benigne processit, alicujus rei occasione possit in posterum perturbari, set perpetue tranquillitatis optineat firmitatem, presentem paginam sigilli nostri patrocinio duximus roborandam. Actum anno domini M° CC° quinto decimo, mense octobri.

137

De Sancto Augustino (scilicet monasterio juxta Morinum).

Sans date (vers 1215, octobre).

A¹. pièce CXXXXVII Guido dei patientia abbas et conventus Sancti Augustini Morinensis omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Noverint universi quod cum viri venerabiles Willelmus decanus et capitulum Morinense, ad multiplicem nostre humilitatis instantiam, nobis licentiam de aqua que dicitur Liis construendi molendinum infra septa abbatie nostre, ex mera benivolentia et liberalitate dedissent, erga ipsos nos firmiter obligamus quod si alterius quam abbatie et curiarum nostrarum annonam moluerimus, sexaginta solidos parisiensium eidem capitulo in penam, sine contradictione aliqua, persolvemus et quotienscumque lapsi fuerimus in hac culpa puniemur hac pena. Condictum est etiam inter nos quod nulli panem vendere poterimus vel farinam nec donare in fraudem conditionis predicte. Ut autem hec omnia nulla possint personarum vel temporum varietate mutari, set semper bona fide illibata serventur, presentem pagi-

nam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Et ad majorem securitatem litteras venerabilis viri Willelmi decani et capituli Sancte Marie Morinensis presenti scripto dignum duximus inserendas. Willelmus decanus &ca. *(Voy. la pièce précédente).*

188

De patronatu de Castres.

(1216, octobre).

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod cum super altari et patronatu de Castres cum appenditiis inter episcopum Morinensem ex una parte, et capitulum ejusdem loci ex altera, controversia haberetur, asserente capitulo quod integraliter hec omnia : altare scilicet cum appenditiis et patronatus *(sic)* ex donatione et facto domini L. quondam Morinensis episcopi sua essent simpliciter et absolute ; e contrario affirmante episcopo quod secundum eam que per eundem L. quondam episcopum Morinensem facta fuit donatio, capitulum quinque marchis tantummodo annuatim de predicto altari percipiendis debet esse contentum, nec aliquid amplius in altari vel patronatu vendicare sibi posset de jure capitulum, ita quod de residuo suam semper posset episcopus facere voluntatem. Tandem pro bono pacis, nos Adam dei gratia Morinensis episcopus ex parte una et capitulum Morinense ex altera, compromisimus de premissis in venerabilem virum Henricum Flandrensem archidiaconum et canonicum Morinensem ; quicquid idem archidiaconus, inquisita veritate et cause merito in hac parte ordinaverit, ratum habituri, et in rei geste noticiam presentes litteras sigillorum nostrorum patrocinio roborantes. Actum anno domini M° CC° XVI°, mense octobris. A° pièce CXXXIIII

189

De eodem confirmatio.

(1217, 24 avril).

Adam dei gratia Morinorum episcopus, universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salutari. Noverit universi- A° pièce CXXXV.

tas vestra quod cum inter nos ex parte una et capitulum nostrum Morinense ex altera, super patronatu altaris de Castres questio aliquantulum fuisset suborta, tandem, veritate diligenter inquisita, plene et plane intelleximus dictum capitulum justo titulo prefatum personatum *(sic)* acquisivisse et fide bona possedisse. Et super hoc factum venerabilis patris Lamberti bone memorie predecessoris nostri plenius approbantes et gratum et ratum habentes, de consilio prudentium virorum eundem personatum benigne quitum clamavimus in perpetuum capitulo supradicto. In hujus igitur rei geste testimonium presentes litteras scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Actum Tervanne anno domini M° CC° XVII°, in crastino Marci evangeliste.

140

Item, littere comitisse Flandrie et Hannonie de eadem [*decima de Balliolo*].

(1218, octobre).

A 4. pièce CLV et D. pièce CXCVII.

Ego Johanna Flandrie et Hainoie comitissa, notum fieri volo omnibus ad quos littere iste pervenerint quod constituti in presentia mea et hominum meorum, Lotinus de Balliolo clericus et frater ejus Boidinus, abjuraverunt quicquid juris habuerant vel habebant in decima de Balliolo et quitum in perpetuum clamaverunt, salvo eo quod ab instanti Natali domini in octo subsequentes annos decimam ipsam possideant et sub censu consueto fructus omnes inde provenientes interim percipiant. Census autem predictus talis est sicut intellexi : videlicet vigenti sex marche pagamenti quas annuatim infra prenominatos octo annos domino episcopo Morinensi tenentur persolvere. Actum Insulis, in capella mea minori, coram me et coram hominibus meis : Sibilla scilicet domina de Wavrin, Philippo de Dergnan, Nicolao de Armentières et Roberto de Anetières et multis aliis, mense octobris, anno domini M° CC° octavo decimo.

141

De decima de Balliolo [1].

(1218, 25 décembre).

Willelmus decanus et capitulum Morinense, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod dominus Adam, dei gratia Morinorum episcopus Cristeloto clerico de Balliolo oblationes altaris et fructus decime de Balliolo qui ipsum episcopum contingunt concessit ab hoc presenti natali domini usque ad octo annos ad censum viginti sex marcharum Flandrensis monete singulis annis solvendarum, videlicet in purificatione beate virginis Marie, decem marchas, in Pascha, octo marchas, in nativitate beati Johannis Baptiste, octo marchas. Ipse autem Cristelotus et frater ejus Boidinus publice coram nobis juraverunt quod nichil hereditatis clamabunt in dictis decimis et altari post annos supradictos, immo libera et quieta dimittent bona supradicto episcopo Morinensi. In hujus igitur rei testimonium presentem paginam scribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Actum anno ab incarnatione domini M° CC° octavo decimo, die natalis domini.

A[4]. pièce CLIIII et D pièce CCLV.

142

De Arnulfo de Wima milite.

(1219, 16 mai).

Adam, dei gratia Morinensis episcopus, universis presentium noticiam habituris, in domino salutem. Noverit universitas vestra quod homo noster legius Arnulfus de Wima, miles, in nostra et parium ipsius hominum nostrorum presentia, ad se reversus, ultro recognovit Morinense capitulum de Hundesberch, de Surkes, de Brunesberch, de Wima, de Liestes, de Kernes altaria, et duos vavassores et decimam de Lengiaco per viginti annos vel amplius bona fide et justo titulo pacifice possedisse. Et quia

A[3]. pièce CXXXXVI

[1] Voici le titre de cette pièce dans le cartulaire D : *De oblationibus altaris et fructibus decime de Bailliolo Christelotto clerico dicti loci concessis ab Adam episcopo ad octo annos ad censum XX^ti^ marcharum Flandrensis monete.*

tam super premissis quam super domo in atrio que fuit Gerardi Lume presbiteri memoratum capitulum convenerat coram nobis, confessus est se omnino nichil juris habere in omnibus premissis et tam hec premissa quam alia omnia ab ipso Arnulfo vel a suis antecessoribus, retroactis temporibus, quocumque modo acquisita tenebat capitulum Morinense, ipse Arnulfus et uxor ejus Asilia et filius ejus Hugo miles et filia ejus Aelidis cum marito suo Garino simpliciter et absolute quitarunt imperpetuum Morinensi capitulo et abjurarunt. Et in rei geste noticiam presentes litteras confici et sigilli nostri patrocinio communiri a nobis humiliter postularunt. Actum anno domini M° CC° nono decimo, septimo decimo kalendas junii.

143

De Thoma de Deverna.

(1220, 21 décembre).

A ª. pièce CLI. Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis W. dei gratia abbas Sancti Vulmari, M. decanus et R. capellanus Sancte Marie in Bolonia salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Thomas de Deverna, ejus uxor et filia quandam decimam de tenemento de Hanewol que ad dictum Thomam jure hereditario pertinebat, sicut asserebat, non coacti, immo spontanei in presentia nostra abjuraverunt et quicquid juris in dictam decimam habuerunt ecclesie Morinensi in puram elemosinam contulerunt, jurantes tactis sacrosanctis, quod de cetero aliquid non reclamabunt. Nos vero omnes illos qui dicte elemosyne contradixerint vinculo excommunicationis innodavimus vel se opposuerint. Ad cujus rei testimonium presentes litteras sigillis nostris sigillavimus. Actum anno domini M° CC° vicesimo, die beati Thome apostoli.

144

De Longovillari.

(1221, juillet).

A ª. p. CXXXXVIII. Frater Willelmus dictus abbas et totus conventus de Longovillari omnibus ad quos littere pervenerint, in domino salutem. Cum longo tempore

controversia fuerit inter nos et capitulum beate Marie Morinensis super quibusdam decimis in parrochia de Longovillari jacentibus, tandem per gratiam Dei, in hunc modum pax inter nos reformata est: decime illius litigiose canonici predicte ecclesie Morinensis duas partes habebunt et nos terciam, ad formam compositionis inter dictos canonicos et fratres de Claromarisco jam pridem facte, sicut continetur in autentico beate memorie domini Lamberti quondam episcopi Morinensis. Volentes igitur ut ista compositio perpetue firmitatis robur optineat et ut inter nos et ipsos integritas dilectionis permaneat, presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri appensione communiri. Actum anno incarnationis dominice M° CC° vicesimo primo, mense julio.

145

De collatione prebendarum de Falcoberga concessa episcopo a castellano et domino de Falcoberga.

(1221-1222, 30 mars).

Willelmus Sancti Audomari castellanus et dominus de Falcoberga, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverint universi quod ego, de assensu uxoris mee et sororis mee Mathildis, donationes prebendarum, quas institui in ecclesia beate Marie de Falcoberga, contuli et concessi in perpetuum venerabili patri meo A. dei gratia Morinensi episcopo et successoribus suis. Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur, presentem cartam munimine sigilli mei roboravi. Actum anno domini M° CC° XX^mo primo, mense martio feria quarta post ramos palmarum. D. pièce CCLXII.

146

De Hugone de Delettes milite.

(1222).

Universis presentes litteras inspecturis, ego Hugo miles de Delettes, notum facio quod duos solidos de comitatu de Delettes, et duos solidos et dimidium de comitatu de Ponches et ter venire in anno ad placita mea de Delettes, que omnia capitulum Morinense debebat michi singulis annis A^a. p. CXXXXVIIII

dedi eidem capitulo imperpetuam elemosinam, et etiam obtuli, super majus altare Morinensis ecclesie, et, tactis sacrosanctis, bona fide juravi, super idem altare, quod de cetero dictum capitulum super hoc non molestarem nec molestari permitterem, presentibus hiis testibus : Willelmo decano, Salomone cantore, Gerardo thesaurario, Theoderico et magistro Waltero, presbiteris, magistro Waltero preposito beate Marie in Brugis et Cristiano, diaconis, Willelmo Paupere et Henrico fratribus, subdiaconis canonicis, Alexandro, Raimundo, Widone et Willelmo de Sancto Spiritu, capellanis et Egidio Havet milite et aliis multis tam clericis quam laicis. Et quia ego Hugo bene recolo factum meum, dico in veritate quod a tempore Balduini decani cui Willelmus decanus tercius in decanatu successit, de assensu filiorum meorum, hanc eandem elemosinam prenominato capitulo concessi, coram allodiariis ad hoc audiendum vocatis et pluribus aliis. In cujus rei testimonium presentes litteras feci scribi et sigillo meo communiri. Actum anno domini M° CC° XX° secundo.

147

[*De anniversario Anselmi de Kerseka*].

(1222, 4 septembre et 13 octobre).

A[1]. Adam dei gratia Morinensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noveritis nos litteras Anselmi domini de Kerseka inspexisse, cujus *(sic)* tenor talis est :

Ego Anselnus dominus de Kerseka omnibus presentes litteras inspecturis notum fatio *(sic)* quod ego, pro anime mee et animarum antecessorum meorum salute, contuli et concessi capitulo Morinensi in perpetuam elemosinam et, sacramento prestito, creantavi quod ego et hospites mei et heres meus in posterum ad ..... blados ..... ad decimam garbam quos hactenus solebamus pro teragio ..... nos habere dicebamus ad garbam undecimam decimarum ..... et concessi quod homines meos feodales inducam modis omnibus quibus potero ad decimandum modo supradicto

.....

ego eis consilii mei vires et auxilii mei denegabo [et] quantum potero contra eos, pro dicto capitulo, et cum eodem deinceps me..... ad preces meas dictum capitulum antecessoribus meis remisit et benigne condonavit

peccatum quod fecerant in predictis bonis suis ad garbam undecimam decimando, prout est supradictum ; et super eodem absolvit eosdem ac concessit mihi benigne quod, me ingresso viam carnis universe, anniversarium meum in ecclesia Morinensi in perpetuum sollenniter celebrabunt. Hiis igitur factis et concessis, sicut superius sunt annotata, ego a predicto capitulo excommunicari feci omnes illos qui contra hec se opponere et deinceps presumpserint attemptare. Actum anno domini millesimo [ducentesimo] vigesimo secundo, mense septembri, dominica proxima ante nativitatem gloriose virginis Marie.

Nos autem inspecto dicto privilegio, ad predicti capituli memoratam peticionem presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum, excommunicantes omnes qui contra hoc presumpserint deinceps attemptare. Actum anno domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, mense octobri, feria quinta post festum beati Dionisii.

148

De Ostremolin.

(1223, 27 mai).

Ego Baldewinus de Aria miles, dominus de Helcin, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego, in incrementum elemosine domini Ostonis de Tyenes et aliorum predecessorum meorum, contuli ecclesie Morinensi imperpetuam elemosinam molendinum de Ostremolin quod habebam in civitate Morinensi et situm ejusdem molendini et cursum aque superioris et inferioris et insulam juxta molendinum et omnino quicquid juris in eodem molendino habebam et hoc totum coram decano et capitulo Morinensi et pluribus aliis obtuli et concessi super magnum altare ecclesie Morinensis et de duabus marchis annuatim solvendis quas antecessores mei assignaverunt super illud molendinum pro lumine duarum lampadarum in claustro Morinensi super tumbam predicti domini Ostonis predecessoris mei accendendarum et de quatuordecim marchis quas debebam, tanquam heres, pro arriragio illarum duarum marcharum, capitulum me et heredes meos quitas imperpetuum clamaverunt. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi et sigillo meo feci communiri. Actum anno

A°. pièce CL.

dominice incarnationis millesimo CC° vicesimo tercio, mense maio, sabbato ante Ascensionem.

149

Confirmatio d'Ostremolin.

(1223, 31 mai).

A ³. pièce CLII. Adam, dei gratia Morinorum episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverit universitas vestra quod Balduinus de Aria, miles, dominus de Helchin, homo noster ligius, in incrementum elemosine predecessorum suorum, contulit in perpetuam elemosinam molendinum d'Ostremolin quod habebat in civitate Morinensi et situm ejusdem molendini et cursum aque superioris et inferioris et insulam juxta molendinum et omnino quicquid juris in eodem molendino habebat, et hoc totum coram decano et capitulo Morinensi et pluribus aliis concessit et obtulit super magnum altare ecclesie Morinensis de duabus marchis annuatim solvendis quas antecessores sui assignaverunt super illud molendinum pro lumine duarum lampadarum in claustro Morinensi, que debent accendi super tumbam domini Ostonis predecessoris sui, ac et de quatuordecim marchis quas debebat, tanquam heres pro arreragio illarum duarum marcharum, dicti decanus et capitulum ipsum Balduinum et heredes suos imperpetuum predicta elemosina quitaverunt. Predicti igitur militis piam devotionem plurimum in domino commendantes, ad petitionem ipsius, salvo jure nostro de molendino superiori, predictam elemosinam confirmamus. Actum anno domini M° CC° vicesimo tercio, mense maio, feria secunda ante Ascensionem domini.

150

De eodem.

(1224, 11 septembre).

A ³. pièce CXXXIII. Nos Petrus de Doy canonicus Morinensis et magister Everardus presbiter Sancte Aldegundis de Sancto Audomaro, omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Cum inter capitulum Morinensem ex una

parte et Nicholaum militem dominum de Clarkes ex altera, diu fuisset habita contentio coram judicibus Atrebatensibus, super decem mensuris terre, que terra vocatur : *Campus presbiteri* vel *Campus del Fraidne*, et per illos judices, auctoritate apostolica, adjudicata fuisset terra illa capitulo Morinensi, sicut in litteris dictorum judicum plenius vidimus contineri et postea contra hoc dominus Willelmus miles, jam dicti Nicolai filius primogenitus, prefatum capitulum super eisdem terris impetiisset, et possessionem ejus sepius perturbasset, tandem memoratum capitulum et prenominatus Willelmus, in presentia venerabilis Ade, Morinensis episcopi, fide data et sub pena XL^{a} librarum Parisiensium de quibus bonos plegios utrinque statuerunt, super hiis in nos compromiserunt, ratum habituri et firmum quicquid nos arbitrio vel compositione super premissis ordinaremus. Nos vero super hiis auditis testibus et inquisita super assertione partis utriusque ab antiquioribus et senioribus fide dignis diligentius veritate, prudentium virorum freti consilio, amicabiliter inter ipsos composuimus in hunc modum : predictus Willelmus, extensis manibus ad ecclesiam beate Marie Morinensis, guerpivit, resignavit, contulit et concessit capitulo Morinensi in perpetuam elemosinam si quid juris habebat sive habere credebat in terris supradictis et juravit quod nec per se nec per alium contra hoc aliquatenus de cetero venire presumet ; immo dicto capitulo vires consilii et auxilii sui impertiretur, si quis prefatum capitulum super hoc vellet molestare. Sepedictum vero capitulum ad nostram ordinationem creantavit et concessit benigne quod anniversarium Margarete uxoris sepedicti Willelmi jam defuncte faciet annuatim et etiam ipsius Willelmi, cum dominus ipsum de medio duxerit assumendum. Ut autem hec omnia rata permaneant et inconcussa, presentes litteras, ad petitionem partium, sigillis nostris et etiam sigillo ipsius Willelmi fecimus communiri. Actum Tervanne in claustro ante grangiam superiorem, anno domini M^{o} CC^{o} vicesimo quarto, mense septembri, in festo sanctorum Proti et Jacincti, nobis presentibus et prenominato Willelmo milite, et Willelmo decano, Salomone cantore, Philippo scolastico, magistro Waltero, Theoderico, Cristiano, Arnulfo de Brugis, canonicis Morinensibus et Michaele presbitero de Wavrans et aliis quam pluribus. Plegii capituli Morinensis : Theodericus et Philippus scolasticus. Dominus Philippus de Cauni plegius Willelmi de Clarkes militis.

151

De obligacione altaris de Nova Villa cum appendiciis [1].

(1224, 16 novembre).

A[4]. pièce CLIX et D. pièce CXCIII.

Willelmus decanus et capitulum Morinensis ecclesie, Rogerus Sancti Johannis Morinensis, Johannes de Alchiaco, Egidius beate Marie de Bosco Johannes Sancti Augustini Morinensis et Bernardus de Ham abbates, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Notum facimus quod domina Aalis de Nova Villa, de consensu Roberti de Wavrans, militis, mariti sui, obligavit venerabili patri Ade episcopo Morinensi omnia altaria sua cum appendiciis eorumdem, oblationes, decimas, terras, hospites, redditus ad dicta altaria pertinentes ; que omnia ipsa de episcopo Morinensi tenebat in feodum, pro trecentis et vigenti libris Parisiensium quas eadem et prefatus maritus ejus receperunt coram nobis ab episcopo supradicto ; hoc notato quod ipsa vel alius ea redimere non potest nisi post sex annos et post illos sex annos ea redimere poterit, quando poterit et voluerit in Natali domini. Prefata autem Aalis, cum marito suo, retinebit terras arabiles, prata, domos, gardinos et hospites de Nova Villa et tenebit ea in feodum de episcopo Morinensi et episcopus Morinensis habebit in pignore suo predicto Olricum vavassorem de Nova Villa, et ille Olricus tenebit de episcopo Morinensi mansum suum quod tenebat de predicta Aalide. Altaria autem sunt hec : altare de Nova Villa, altare de Stratis, altare de Atin, altare de Botin, altare de Amis, altare de Rech, altare sancti Petri apud Fordes, altare de Sempi, altare capelle site inter Ais et Sempi. Ad hec, ad majorem securitatem, prefata Aalis et dictus maritus ejus fidem in manu prefati episcopi prestiterunt corporalem quod contra hoc aliquatenus venire non presument, sed bona fide hoc tenebunt. Actum anno domini M° CC° vicesimo quarto, sabbato post festum sancti Martini mense novembris.

[1] La rubrique dans le cartulaire D. est : « *De altaribus et oblationibus et aliis que domina Aelis de Nova Villa obligavit episcopo.* »

153

De tercio cereo Symonis.

(1224-1225, janvier).

Willelmus decanus et capitulum Morinense omnibus Cristi fidelibus presentem paginam inspecturis in domino salutem. Universitati vestre notum fieri volumus quod cum dilectus noster Symon de Enkinegata clericus erga ecclesiam nostram Morinensem cor habuisset semper devotissimum et honorem ejusdem ecclesie multipliciter de bonis suis ampliasset, volens etiam pro posse suo numerum lucernarum ampliare ad honorem dei et gloriose virginis Marie, ante majus altare, duos cereos nocte dieque imperpetuum arsuros instituit et redditus tam liberaliter quam libenter assignavit, sicut in litteris super hiis confectis plenius continetur. Postea vero dictus Symon divinitus inspiratus, in nomine sancte et individue trinitatis, tercium apposuit cereum, nobis dans XL[a] marchas Parisiensium ad redditus tercii cerei acquirendos et etiam quoddam terragium versus Sanctum Johannem, quod acquisierat, valens dimidiam marcham et amplius, cum justicia nobis contulit et in augmentum cerei liberaliter assignavit. Nos autem dilectionem ipsius erga nos et magnam devotionem ipsius quam semper habuit erga ecclesiam nostram fideliter attendentes, et in domino plurimum commendantes, predictum tercium cereum sicut et primos duos et sub eadem forma suscepimus procurandum, receptas XL[a] marchas Parisiensium ad acquisitos redditus integraliter persolventes. Quod ut in posterum a fratribus nostris canonicis succedentibus ratum et firmum in perpetuum habeatur, presentem paginam de communi consilio fecimus scribi et scriptis nostris aliis ob jugem memoriam dignum duximus interponi. Actum anno domini M° CC° vicesimo quarto, mense januario.

A[a]. pièce CLIII.

153

Littere Willelmi de Kaverhem super venditione vigenti duorum solidorum de comitatu Le Lokin [1].

(1225, avril).

A [4]. pièce CLXIIII et D. p. CCXXXIV.

Ego Willelmus de Kaverhem, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod ego vendidi venerabili viro domino Ade episcopo Morinensi vigenti et duos solidos de consensu et voluntate Katherine uxoris mee quos idem episcopus debebat michi singulis annis ex comitatu de Lokin, ita quod nec ego, nec prenominata uxor mea nec aliquis de heredibus meis occasione dotalicii vel alicujus hereditatis contra prefatum episcopum vel successores suos de Lokin super premissis viginti et duobus solidis aliquid in posterum poterit reclamare et hoc, fidei nostre interpositione, ego et supradicta uxor mea creantavimus in manu ipsius episcopi, renunciantes omni jurisdictioni quam in predictis habuimus, et dotalicium quod sepefata uxor mea in predictis viginti duobus solidis habebat de voluntate et assensu suo alibi ei assignavi. Ut autem hec venditio imperpetuum firma et stabilis perseveret presens scriptum sigilli mei appensione roboravi. Actum anno domini M° CC° XX° quinto, mense aprili.

154

Confirmatio abbatis et conventus de Andrenes de quodam bosco et de duabus mensuris terre prope boscum de Alekine que fuerunt Jordani [2].

(1225, 4 mai).

A [4]. pièce CLXIII et D. pièce CCXXXI.

Universis Cristi fidelibus quibus hoc scriptum videre vel audire contigerit, Fr. W[illelmus] [3] Andrensis monasterii servus et ejusdem loci con-

[1] Le titre donné à cette pièce par le cartulaire D. est le suivant : « *De reventione XX^ti^ « duorum solidorum in quibus episcopus te- « nebatur de comitatu du Lokin.* »

[2] Le cartulaire D. donne à cette pièce le titre suivant : « *De venditione cujusdam bosci « et duarum mensurarum terre site juxta « boscum de Alekine.* »

[3] N. (D).

ventus, in domino salutem. Noverit universitas vestra quod venditionem factam ab homine nostro Jordano de Jorni super quodam bosco et duabus mensuris terre arabilis, que emit ab eo venerabilis pater dominus A. Morinensis episcopus, bosco suo de Alekina contiguis [1], propter ejusdem domini episcopi amorem et favorem et propter predicti hominis nostri relevandam paupertatem, ratam et gratam habemus et presentis scripti sigillis *(sic)* nostri [2] roborari patrocinio communimus, statuentes ut tam idem dominus episcopus quam successores sui supradicto bono et terra gaudeant et ea pacifice imperpetuum possideant. Actum apud Andriam anno domini M° CC° XX° V°, mense maio, dominica post ascensionem domini.

155

De nemore de Rebecca [3].

(1225-1226, 25 mars).

Ego Baldevinus de Aria, miles, dominus de Helchin, notum facio tam presentibus quam futuris omnibus presentes litteras inspecturis, quod donavi et obtuli, super altare beate Marie Morinensis, presentibus decano et capitulo ejusdem ecclesie, in perpetuam elemosinam, venerabili patri Ade Morinensi episcopo et omnibus successoribus suis viginti septem mensuras nemoris apud Resbecam sitas et preterea eidem episcopo vendidi quadraginta mensuras de adjacentibus ibidem nemoribus, pro ducentis et una libris parisiensium, quas ab eo me confiteor recepisse. Retinui tamen in dictis nemoribus garennam sicut prius habebam. Preter hanc autem garennam, omne jus et dominium quod in dictis sexaginta septem mensuris habebam, eidem episcopo et successoribus suis concessi in perpetuam elemosinam et donavi. Concessi etiam quod si uxor mea posset probare legitime quod dotalitium haberet in predictis sexaginta septem mensuris, volo et concedo ut in residuis nemoribus terris et redditibus quos habeo apud Resbeccam habeat dotalitium suum equivalens libere et

A[4]. pièce CLXIX et D pièce CCLII.

[1] Contingnis (D).
[2] Nostris (D).
[3] Le cartulaire D. donne à cette pièce le titre suivant : « *De XXVII[tem] mensuris nemoris datis a B. de Aria apud Rebeccam episcopo Morinensi et XL ibidem venditis eidem episcopo ab eodem B.* »

sine contradictione. In hujus igitur collationis et venditionis robur et testimonium, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Rogavi siquidem prefatum capitulum Morinense ut predicta sigilli sui karactere confirmaret. Actum anno dominice incarnationis M° CC° vicesimo quinto, in die dominice incarnationis.

156

De eodem.

(1226, mai).

A 4. pièce CLXX. Ego Baldevinus de Aria omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Noverit universitas vestra quod ego, ob salutem anime mee et animarum antecessorum meorum qui homines fuerunt episcopi Morinensis et ei semper tanquam domino fideles exstiterunt, donavi in perpetuam elemosinam venerabili patri Ade episcopo Morinensi et successoribus suis decem mensuras nemoris, parum plus vel parum minus, adjacentes nemoribus que prius ei vendideram. Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur scriptum presens sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini M° CC° XX° sexto, mense maio.

157

De tribus anniversariis concessis Petro de Doy archidiacono Flandrie pro domo quam fecit in claustro.

(1227, septembre).

D. pièce CCLXIX. Cristianus decanus et capitulum Morinense omnibus presentes litteras inspecturis, in domino salutem. Notum facimus quod cum vir venerabilis dominus P. de Doy, canonicus noster et archidiaconus ecclesie Morinensis in Flandria, claustrum nostrum in quibusdam edificiis et valde sumptuosis quam plurimum decorasset et nos ei ad edificandum nullum auxilium penitus fecissemus, collatis nobis ab eodem elemosine benignius et concessis etiam omnibus beneficiis suis supradictis post decessum ejus habendis, tam eis que ante domum suam quam eis que retro edificata ab eo fuerant et erecta, postulavit a nobis ut ei concederemus ad assignan-

dum in ecclesia nostra ubicumque vellet primum precium, quod, eo sublato de medio, de dictis beneficiis haberemus ; ita quod in venditione nulla gratia alicui facta, illi simili canonico dicta edificia venderemus qui pro ipsis majorem summam pecunie dare vellet. Exhibita igitur a nobis liberalitate ipsius actione multimoda graciarum et ejus petitione plenius exaudita, ipse incontinenti assignavit pecuniam illam ad emendos redditus et ad tria anniversaria in nostra ecclesia celebranda : primum pro patre suo Hugone et filiis suis ; secundum pro Ricaldi matre sua et filiis suis ; tertium pro Galtero preposito Sancti Audomari. Si autem dicti redditus excesserint tria vina, videlicet ter vigenti solidos et unum, concessimus ei ut residuum ad anniversarium ipsius anime assignetur. Ipse vero succursum animarum parentum et fratrum suorum desiderans perfestinare, quod in vita sua celebrarentur anniversaria sua predicta, promisit ut suo perpetuo singulis annis tam vina, videlicet sexaginta tres solidos nobis daret ; quam pecuniam assignavit accipiendam ad vina sua vel ad fructus prebende sue Morinensis, si contingerit ipsum esse foraneum. Actum anno domini M° CC° XX° septimo, mense septembri.

158

Item, littere Ade quondam episcopi Morinensis, de eadem [1].

(1227, 5 octobre).

Adam, dei gratia Morinensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in domino salutem. Noveritis quod domina Aelidis de Nova Villa, de assensu domini Roberti de Wavrans mariti sui, obligavit nobis, propter urgentes necessitates eorum, omnia altaria que tenebant de nobis pro trecentis et viginti libris Parisiensium, sicut in litteris inde confectis plenius continetur, ita quod dicta altaria non poterunt redimi nisi post sex annos, sicut in dictis litteris continetur. Quia vero supradicta Aelidis debitis et urgentissimis necessitatibus detinebatur post mortem mariti sui, iterum ei postea accommodavimus quater viginti libras Parisiensium super dicta altaria, ita quod redemptioni dictorum altarium faciende post sex annos, sicut in primis litteris continetur, addidit alios quatuor annos ante

A⁴. pièce CLX et D. pièce CXCIV.

[1] Dans le cartulaire D. cette charte porte le titre suivant : « *De altaribus que Aelis de Nova* « *Villa obligavit episcopo.* »

quos non poterunt redimi altaria supradicta, et extunc non poterunt redimi nisi de anno in annum, in festum omnium sanctorum ; et hoc fecit dicta Aelidis per se et per dominum Arnulphum militem de Wima quem accepit super hoc advocatum. In cujus rei testimonium presenti scripto nobiscum sigilla sua apposuerunt [N. abbas Sancti Johannis, N.], decanus, Petrus archidiaconus in Flandria Morinensis. Actum anno domini M° CC° XX° septimo, quinta feria post festum beati Remigii.

159

Arbitrium super collatione de Odingehem [1].

(1227, 17 octobre).

A [4]. pièce CLXII et D. pièce CCLX.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Nos, G. Sancti Vulmari in nemore, Th. Sancte Marie et W. Sancti Vulmari in Bolonia, dei permissione abbates, arbitri electi a venerabili patre nostro A. dei gratia Morinensi episcopo ex una parte, et Petro de Odingehem milite, assensu B. filii sui primogeniti ex altera, super donatione, possessione et proprietate ecclesie de Odingehem, veritate super premissis diligenter inquisita et cognita per testes idoneos et juratos, attestationibus publicatis et omnibus rite peractis, habito prudentium consilio, donationem dicte ecclesie de Odingehem cum possessione et proprietate, sententialiter arbitrando, diffinimus et adjudicamus ad episcopum Morinensem pertinere, prefato Petro militi et heredi suo super premissis perpetuum silentium imponentes. Actum publice apud Boloniam, anno domini M° CC° XX° sexto, sextodecimo kal. novembris.

160

De obligacione decime de Bovra episcopo Morinensi.

(1227, 25 novembre).

A [4]. pièce CLXI.

Ego Balduinus de Bovra miles omnibus presentes litteras inspecturis, tam presentibus quam futuris, notum facio quod Gerardus Vliega et Em-

[1] Dans le cartulaire D. cette pièce porte le titre suivant : « *Sententia arbitralis super donatione ecclesie de Odinghem episcopo Ade Morinensi pertinenda.* »

ma ejus uxor, de assensu et consensu nostro, decimam suam sitam in territorio de Bovra quam de me tenebant, obligaverunt venerabili Ade Morinensi episcopo pro quadraginta libris Parisiensium tenendam sine redemptione aliqua a festo Sancti Remigii quod est in capite octobris primo venturo usque ad quatuor annos, quibus annis elapsis, in dicto festo primo extunc de anno in annum redimi poterit pro predictis quadraginta libris. Ad hoc vero idem Gerardus et dicta ejus uxor fidem prestiterunt corporalem quod contra hoc prefatum episcopum sive aliquem alium super prefata decima nec per se nec per alium aliquatenus molestabunt, immo portabunt ei garandiam contra omnes. Et ego ipse, tanquam dominus, dicto episcopo predictam decimam garandizare teneor, donec, ut dictum est, de prefata summa pecunie redimatur. In cujus rei testimonium presentem cartam sepedicto episcopo sigillo meo tradidi roboratam. Actum apud Bovram, in presentia mea et hominum meorum, scilicet : Boidini de Bovra, Mathei de Bracco, Gerardi fratris ejus, Walteri Vliege, Boidini Baillol, Oliveri et aliorum plurimorum, anno dominice incarnationis M° CC° vicesimo septimo, in die sancte Katherine virginis, mense novembri.

161

De concessione ecclesie de Belle episcopo Morinensi spectantis.

(1227-1228, 2 mars).

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum Johannes et Dyonisius presbiteri, Morinensis ecclesie canonici traxissent coram nobis R. Ariensi, P. Toraltensi prepositis et W. de Wissand, canonico Sancti Audomari, in causam, auctoritate domini legati, venerabilem patrem ac Dei gratia episcopum Morinensem, dicentes quod predecessores eorum ecclesiam de Belle pacifice contulerant et quod presentatum ab ipsis episcopus Morinensis qui tunc temporis presedebat *(sic)* admisit et peterent ut venerabilis pater episcopus prenominatus eos permitteret [1] gaudere eadem possessione dicte ecclesie qua predecessores eorum sunt gavisi. Super hiis lite solempniter contestata, productis ex parte dictorum presbiterorum testibus ad probandum suam possessionem predictam, et eis D. pièce CCLXI.

[1] Le cartulaire porte *pertinentes*.

diligenter examinatis, publicatis attestationibus, auditis rationibus quas partes proposuerunt, die a nobis ad hoc assignata, juris ordine in omnibus asservato, viro venerabili P. preposito Torhaltensi rationabili causa absente, prudentium virorum freti consilio, per sententiam diffinitivam pronunciamus dictos presbiteros intentionem suam minime probavisse, dictum episcopum ab impetitione dictorum presbiterorum supradicta sententia absolventes. Actum Tervannie, anno domini M° CC° XX° sexto, feria quarta ante *Letare Jherusalem*.

162

Item, Littere Boidini de Haveskerke et H. de Nova Ecclesia de eadem decima.

(1230, 7 décembre).

A 4. pièce CLVII. B. de Haveskerke, ballivus de Ballolio, et H. de Nova Ecclesia, milites, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Lotinus Bataile in presentia nostra constitutus fuit et aliorum hominum domini comitis Flandrie, scilicet: Ph. Russin militis, Lamberti junioris, Willelmi filii Grete et Giselini Fabri et scabinorum de Balliolo, videlicet Nicholai Belenpot, Roberti Seleke, Lamberti de Cornehus, Balduino Scormal, Gerardo Stul et Eustachio de Casbeke et multorum aliorum ville de Ballolio et ibi dicti scabini dixerunt quod censa decime de Ballolio quam Lotinus tenuerat ab episcopo Morinensi aumentata fuit tempore Boidini Bataille et etiam tempore dicti Lotini. Postea dictus Lotinus et Mathildis uxor sua et filii eorum abjuraverunt dictam decimam et censum et promiserunt sub eodem juramento quod de cetero non perturbarent episcopum vel ecclesiam Morinensem nec consilium nec auxilium prestabunt ad hoc quod super dicta decima perturbentur, et spontanea voluntate reddiderunt eam in manus reverendi patris Petri Morinensis episcopi et secundum hoc nobis videtur et aliis hominibus domini comitis et scabinis supradictis quod nichil juris habent in dicta decima, et si Lotinus esset par noster, istud idem judicio diceremus. Actum anno domini M° CC° tricesimo, feria secunda post festum beati Nicholai.

163

De eadem decima de Balliolo [1].

(1230, 26 décembre).

Petrus dei gratia episcopus, F. archidiaconus et B. abbas Sancti Johannis Morinensis et R. decanus ecclesie Attrebatensis, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Boidinus frater Lotini Bataile de Balliolo in presentia nostra constitutus, sollempniter recognovit se nichil juris habere in decima de Balliolo quam dictus Lotinus tenuerat ad censam *(sic)* de episcopo Morinensi, et si quid juris habebat in illa decima, resignavit illud et werpivit in manu nostra predicti episcopi et juravit super sacrosancta quod nichil in dicta decima de cetero reclamabit, nec per se vel per alium episcopum Morinensem presumet super dicta decima in aliquo molestare, immo contra disturbatores auxilium et consilium episcopo Morinensi in quantum poterit, exhibebit. Actum anno domini M° CC° tricesimo, feria secunda post diem Natalis domini.

A⁴. pièce CLVI et D. pièce CCLXIII.

164

Item, Littere Willelmi domini de Domnipetra, de eadem [1].

(1230-1231, 6 janvier).

Ego Guillelmus, dominus de Domnipetra, notum volo fieri omnibus presentibus et futuris quod Boidinus de Haveskerke, ballivus meus, recognovit mihi quod causa que vertebatur inter venerabilem patrem P[etrum] episcopum Morinensem ex una parte et Lotinum Bataille, clericum de Balliolo, ex altera super decima de Balliolo terminata est in hunc modum : dictus Lotinus constitutus fuit in presentia dicti ballivi mei et scabinorum de Ballolio in ecclesia de Ballolio et ibi dicti scabini dixerunt, sicut a dicto ballivo meo audivi, quod censa dicte decime quam

A⁴. pièce CLVIII et D pièce CCLXVIII.

[1] Dans le cartulaire D. cetie pièce porte le titre : *De recognitione facta a Boidino fratre Lotini Bataille quod nichil habet in decima de Bailliolo.*

[2] Titre du cartulaire D. : *De decima de Balliolo et recognitione facta coram domino de Domnipetra et baillivo ejus.*

Lotinus tenuerat ab episcopo Morinensi augmentata fuit tempore Boidini Bataille et etiam tempore dicti Lotini, et ibidem Mathildis uxor ejus et filii eorum abjuraverunt dictam decimam et censam, et promiserunt, sub eodem juramento, quod de cetero non perturbarent episcopum vel ecclesiam Morinensem nec consilium nec auxilium prestabunt ad hoc quod super dicta decima perturbarentur, et spontanea voluntate reddiderunt eam in manu dicti episcopi Morinensis qui presens ibi aderat, et secundum hoc dixerunt dicti ballivus meus et scabini quod dictus Lotinus, uxor sua, et filii eorum nichil juris habent in dicta decima et si Lotinus esset par eorum, illud idem dixissent et judicio terminassent. Postmodum vero dictus Lotinus et Boidinus frater ejus in mea presentia recognoverunt sollempniter vera esse omnia supradicta, nichilominus asserentes quod in dicta decima nichil juris habent, et si quid haberent, illud totum quitaverunt in perpetuum episcopo et ecclesie Morinensi, et abjuraverunt eandem decimam spontanea voluntate ; promittentes sub eodem juramento quod in dicta decima nichil de cetero reclamabunt, nec consilium nec auxilium prestabunt ad hoc quod ecclesia vel episcopus Morinensis in aliquo super dicta decima molestentur. In cujus rei testimonium presentem paginam ad instantiam dictorum Lotini et Boidini feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno gratie M° CC° tricesimo, in die Epiphanie domini.

165

Compositio procurationum quas episcopus et archidiaconus petebant a domibus Sancti Bertini et curtibus [1].

(1232, 2 décembre).

D. pièce CCLIV. Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis, P. de Collemedio ecclesie Sancti Audomari prepositus, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum inter venerabilem patrem episcopum et archidiaconum [2] Morinensem ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Sancti Bertini ex altera, super procurationibus, questio verteretur, in

[1] Cette charte est indiquée dans Malbrancq, *De Morinis*, t. III, p. 722.

[2] Le cartulaire porte : *Archiepiscopum*.

nos de hiis, de consensu Morinensis capituli et conventus Sancti Bertini sub hac forma compromiserunt. Forma compromissi ex parte episcopi talis est :

P. dei gratia Morinensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter nos ex una parte et religiosos viros I. abbatem et conventum Sancti Bertini ex altera, questio verteretur, super procurationibus dyocesano episcopo debitis, quas petebamus in omnibus domibus suis et curtibus dyocesis Morinensis in quibus monachi manent vel manserint, seu in quibus habent [capellas], predictis abbate et monachis hoc negantibus et asserentibus quod in nulla domo sua procurationem debebamus habere, preterquam unam apud Borbourch pro quibusdam domibus suis et quandam procurationis portionem apud Merchem et certam partem procurationis apud Wasmes, et cum super hiis litigaretur coram judicibus a summo pontifice delegatis, tandem, pro bono pacis, de consensu decani et capituli nostri, compromisimus super premissis et super taxatione facienda de procuratione predicta apud Borbourch, et taxatione partis procurationis apud Merchem in virum venerabilem magistrum P. de Colemedio ecclesie Sancti Audomari prepositum, committentes voluntati et ordinationi sue predicta, promittentes, sub pena mille librarum parisiensium, nos et successores nostros firmum et ratum habere et imperpetuum sine contradictione servare quicquid super premissis de jure vel secundum voluntatem suam duxerit ordinandum. Promisimus etiam, sub eadem pena, nos et successores nostros perpetuo et sine contradictione servare ordinationem quam ipse faciet super receptione annue procurationis nobis, sicut dyocesano, debite in abbatia Sancti Bertini. Promisimus etiam secundum dictum dicti magistri litteras nostras facere predictis abbati et conventui, quas duxerit faciendas pro securitate super premissis habenda in posterum et observanda pace inter nos et ecclesiam nostram et ecclesiam Sancti Bertini. Supradicta omnia, in verbo sacerdotis et sub pena predicta, bona fide, promisimus observare, quam penam dicti abbas et conventus petere poterunt si nos vel successores nostri, per nos vel per aliquas personas suppositas, contra predicta veniremus vel alicui venienti consentiremus. In cujus rei testimonium has litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum in capitulo Morinensi, anno domini M° CC° XXX° secundo, secundo die mensis decembris.

Forma vero compromissi ex parte archidiaconi talis est :

Egidius archidiaconus Morinensis omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter nos ex parte una et religiosos viros I. abbatem Sancti Bertini et conventum ejusdem loci ex altera, questio verteretur super annua procuratione michi, tamquam archidiacono, in abbatia Sancti Bertini debita et super una pellicia et bottis que dicebamus nobis ab ipsis annuatim deberi, ipsis abbate et conventu hoc negantibus et asserentibus quod nichil nobis de premissis debebant, tandem, pro bono pacis, de consensu venerabilis patris P. dei gratia episcopi et decani et capituli Morinensis, compromisimus super premissis in venerabilem virum magistrum P. de Collemedio ecclesie Sancti Audomari prepositum, committentes voluntati et ordinationi sue predicta et promittentes, sub pena quingentarum librarum parisiensium, firmum et ratum habere in perpetuum [et] sine contradictione nos et successores nostros servare quicquid dictus magister super premissis duxerit ordinandum. Promisimus etiam, secundum dictum dicti magistri, litteras nostras facere predictis abbati et conventui, quas dixerit faciendas pro securitate super premissis habenda in posterum et observanda pace inter nos et successores nostros [et] ecclesiam Sancti Bertini supradicta omnia fide data et sub pena premissa, bona fide promisimus observare ; quam penam dicti abbas et conventus petere poterunt si contraveniremus in aliquo, nos et successores nostri, vel alicui contravenienti consentiremus. In cujus rei testimonium, has litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum in capitulo Morinensi anno domini M° CC° XXX^mo secundo, secundo die mensis decembris.

Huic compromissioni consenserunt decanus et capitulum Morinense et eam ratam habuerunt sicut in eorum litteris continetur quarum tenor talis est :

L. decanus et capitulum Morinense omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos compromissionem factam in venerabilem virum P. de Colemedio ecclesie Sancti Audomari prepositum, super quitacione procurationum et taxationibus quarumdam et aliis que vertebantur inter venerabilem patrem nostrum P. dei gratia episcopum et E. archidiaconum Morinensem ex una parte, [et] religiosos viros I. abbatem et conventum Sancti Bertini ex altera, ratam et gratam habemus, promittentes quod firmum et ratum habebimus

et in perpetuum sine contradictione observare curabimus quicquid super premissis, sicut in compromissionis litteris continetur, dictus magister P. duxerit ordinandum. Promittimus, secundum dictum dicti magistri, litteras nostras facere predictis abbati et conventui quas faciendas dixerit pro securitate super premissis habenda in posterum et observanda pace inter ecclesiam nostram et ecclesiam Sancti Bertini. Supra dicta omnia servare bona fide promittimus sub pena mille librarum parisiensium quam dicti abbas et conventus petere a nobis poterunt si contraveniremus vel alicui venienti contra consentiremus. Juravit autem in manus nostras omnia predicta observanda bona fide Gerardus thesaurarius noster de nostro speciali mandato. In cujus rei testimonium has litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum in capitulo Morinensi, anno domini M° CC° XXX^mo secundo, secundo die mensis decembris.

Auditis igitur super hiis partibus et deliberatione prehabita diligenti, sic ordinamus et servandum super procurationibus precipimus inter ipsos. In primis, dicimus quod episcopus Morinensis et successores ipsius nullam habent procurationem in aliqua domo ecclesie Sancti Bertini nec aliquam petere possunt preter procurationem quam consuevit percipere episcopus Morinensis apud Brobore ; quam procurationem, de consensu partium et voluntate taxamus ad septem libras monete currentis apud Brobore, si contingat ipsum episcopum velle redemptionem procurationis habere. Si autem in loco predicto procurationem recipiat pro sue visitationis officio exequendo, abbas, vel alius loco ipsius, expensas faciet et ministrabit per familiam suam officialibus episcopi necessaria sicut decet. Hoc idem dicimus de parte procurationis quam debere pronunciamus ecclesiam Sancti Bertini apud Merkem episcopo Morinensi. Cum autem dictus episcopus et ejus successores ad abbatiam Sancti Bertini accedent procurationem annuam recepturi, abbas similiter per familiam propriam expensas faciet et necessaria tradet decenter officialibus episcopi memorati et successorum suorum. Item, dicimus quod si contingat episcopum in aliquibus domibus recipi vel procurari, nullum fiet eis prejudicium in receptione hujusmodi, cum caritative faciant et amore, cum ipsum in suis domibus, nisi voluerint, recipere nullatenus teneantur. Item dicimus si pluries quam semel in anno in abbatia recipiatur predicta, et de hoc dabit litteras episcopus et capitulum quas nos faciendas dicemus. Item, dicimus quod solam procurationem in anno habet archidiaconus in abbatia Sancti

Bertini et per abbatis familiam, sicut decet ut archidiaconus procuretur. Item dicimus quod archidiacono Egidio qui nunc est, abbas et conventus Sancti Bertini dent de gratia unam pelliciam de agnis et duas botas quamdiu vixerit annuatim, et hoc fiet, salvo jure ecclesie et archidiaconi successoris ipsius quia ex donatione pellicie et botarum nolumus quod alicui partium prejudicium generetur nec jus aliquod acquiratur. Ista diximus reservata nobis de consensu partium potestate interpretandi et corrigendi ad majorem securitatem partium si viderimus expedire. Actum anno domini M° CC° XXX° secundo, mense decembri.

166

Item, de eodem (De procurationibus de domibus Sancti Bertini) [1].

(1232, 2 décembre).

A [1]. pièce CLXVII et D. pièce CCXI.

I. dei permissione abbas et conventus Sancti Bertini, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter venerabilem patrem P. dei gratia Morinensem episcopum et nos questio verteretur, super procurationibus diocesano episcopo debitis quas petebat in omnibus domibus nostris et curtibus Morinensis diocesis, in quibus monachi manent vel manserunt seu in quibus habemus capellas, nobis hoc negantibus, et asserentibus quod in nulla domo nostra procurationem debebat habere preterquam unam procurationem apud Broborc, pro quibusdam domibus nostris et quandam procuracionis porcionem apud Merkem et terciam partem procurationis apud Wasmes; et cum super hiis litigaretur, coram judicibus a summo pontifice delegatis, tandem, pro bono pacis, compromisimus super premissis et super taxatione facienda de procuratione predicta apud Borborg et taxatione partis procurationis apud Merkehem in venerabilem virum magistrum P. de Collemedio ecclesie Sancti Audomari prepositum, committentes voluntati et ordinationi sue predicta ; promittentes, sub pena mille librarum parisiensium, nos firmum et ratum habere et in perpetuum sine contradictione servare quicquid super premissis de jure vel secundum voluntatem suam duxerit ordinandum. Promisimus etiam, sub eadem pena, nos perpetuo et sine contradic-

[1] Titre du cartulaire D. : « *De compositione facta super procurationibus quas episcopus et archidiaconus exigebant in domibus et curtibus Sancti Bertini.* »

tione servare ordinationem quam ipse faciet super receptione [1] ipsi episcopo, sicut dyocesano, debite *(sic)* in abbatia Sancti Bertini. Promisimus etiam, secundum dictum dicti magistri, litteras nostras facere predicto episcopo quas duxerit faciendas pro securitate super premissis, habenda in posterum et observanda pace inter ipsum et ecclesiam Morinensem et ecclesiam Sancti Bertini. Supradicta omnia per juramentum et sub pena predicta bona fide promisimus observare, quam penam dictus episcopus petere poterit si per nos vel per aliquas personas suppositas contra predicta veniremus vel alicui venienti consentiremus. In cujus rei testimonium has litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum anno domini M° CC° XXX° secundo, secunda die mensis decembris.

167

Item, de eodem.

(1232, 2 décembre).

[I.] dei permissione abbas, L. prior et conventus Sancti Bertini, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos compromissionem factam in venerabilem virum P. de Collemedio ecclesie Sancti Audomari prepositum, super questione procurationum et taxatione quarumdam et aliis que vertebantur inter venerabilem patrem P. dei gratia Morinensem episcopum et Egidium archidiaconum Morinensem ex una parte et nos ex altera, ratam et gratam habemus ; promittentes quod firmum et ratum habebimus et in perpetuum observare curabimus quicquid super premissis, sicut in compromissionis litteris continetur, dictus magister P. duxerit ordinandum. Promittimus etiam, secundum dictum dicti magistri, litteras nostras facere decano et capitulo Morinensi, quas faciendas duxerit pro securitate super premissis habenda in posterum et observanda pace inter ecclesiam nostram et ecclesiam Morinensem. Supradicta omnia servare bona fide promittimus sub pena mille librarum parisiensium quam dicti decanus et capitulum petere a nobis poterunt si contraveniremus vel alicui venienti contra consentiremus. Juravit etiam in animas prioris et conventus nostri omnia

A°. pièce CLXVIII

[1] Il y a dans la pièce analogue émanant de l'évêque (n° 165) : receptione *annue procurationis*.

observanda bona fide Florentius monachus noster de nostro speciali mandato. Ego vero abbas promisi in verbo sacerdotis omnia supradicta firmiter et fideliter observanda. In cujus rei testimonium has litteras fieri fecimus et sigillis nostris duximus communiri. Actum anno domini M° CC° tricesimo secundo, secunda die mensis decembris.

168

De eodem [1].

(1232, 4 décembre).

pièce CLXVI et D. pièce CCV.

[I.] dei permissione abbas, L. prior Sancti Bertini et conventus ejusdem loci omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos Florentium monachum nostrorum latorem presentium, nostrum constituimus procuratorem ad compromittendum in virum venerabilem magistrum P. de Collemedio, ecclesie Sancti Audomari prepositum de causa que [vertitur] inter venerabilem patrem P. dei gratia Morinensem episcopum ex una parte et ecclesiam Sancti Bertini ex altera, super procurationibus et iterum inter archidiaconum Morinensem ex una parte et eandem ecclesiam ex altera, super procuratione et pellicia [et bottis]. Concedimus etiam nos prior et conventus eidem F. potestatem jurandi in animas nostras et firmandi compromissionem per illud juramentum et per penam mille librarum. Ego vero abbas in verbo sacerdotis et per dictam penam, eandem compromissionem firmavi. Datum anno domini M° CC° XXX° secundo, feria quinta post festum beati Andree.

169

Littere super procurationibus de domibus Sancti Bertini [2].

(1232, décembre).

A [4]. pièce CLXV et D. pièce CCIV.

Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis, P. de Collemedio,

[1] Titre du cartulaire D. : « *Procuratio ecclesie Sancti Bertini ad compromittendum super procurationibus quas episcopus et archidiaconus exegerunt a curtibus et domibus Sancti Bertini.* »

[2] Titre du cartulaire D. : « *De compositione facta super procurationibus quas episcopus et archidiaconus Morinenses petierunt a curtibus et domibus Sancti Bertini super prolatione arbitrii.* »

ecclesie Sancti Audomari prepositus, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum inter venerabilem patrem episcopum et archidiaconum Morinensem ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Sancti Bertini ex altera, super procurationibus questio verteretur, in nos de hiis de consensu Morinensis capituli et conventus Sancti Bertini compromiserunt sub forma que in compromissionis litteris continetur [1].....

.....

Auditis igitur super hiis &ca. *(La fin comme au n° 165, p. 131).*

170

De eodem [2]. [*De nemore de Resbeca*].

(1232-33, 1er février).

Ego Balduinus castellanus de Lens notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod ego venditionem et elemosinam et guerpitionem quam dominus Balduinus de Aria miles, frater meus, fecit venerabili patri P. episcopo et ecclesie Morinensi super nemoribus suis de Resbeca, cum fundo et waranna et toto dominio eorumdem nemorum, concessi et creantavi coram hominibus meis et etiam quicquid juris habebam et habere poteram in dictis nemoribus quitavi in perpetuum ecclesie supradicte, promittens, fide prestita corporali, quod, per me, vel per alium, episcopum vel ecclesiam Morinensem super hiis in aliquo non vocabo. Actum anno domini M° CC° XXX° secundo, primo die februarii.

A. pièce CLXXII et D. pièce CCLI.

171

De eodem [3].

(1232-33, 1er février).

Ego Renaudus de Lens, miles, notum facio omnibus presentes litteras

A. pièce CLXXII c D. pièce CCLXV.

[1] Voir les nos 165 à 168.

[2] Titre du cartulaire D. : « *Assensus castellani de Lens super venditione et elemosina nemoris factis a Balduino de Aria episcopo Morinensi.* »

[3] Titre du cartulaire D. : « *De assensu et confirmatione factis a domino Renaldo de Lens super venditione nemoris de Resbeka cum fundo et waranna et dominio facta a domino B. de Aria, milite.* — Cette charte a été publiée par Malbrancq *de Morinis*, t. III, p. 729.

inspecturis quod ego venditionem et elemosinam et guerpitionem quam dominus Balduinus de Aria frater meus fecit venerabili Petro episcopo et ecclesie Morinensi super nemoribus suis de Resbecca cum fundo et waranna et toto dominio eorumdem nemorum concessi et creantavi, coram dominis et fratribus meis dicto Balduino de Aria et Balduino castellano de Lens, et coram eorum hominibus ; et etiam quicquid juris habebam et habere poteram in dictis nemoribus quitavi in perpetuum ecclesie supradicte, promittens, fide prestita corporali, quod, per me vel per alium, dictum episcopum vel ecclesiam Morinensem super hiis in aliquo non vocabo. Actum anno domini M° CC° XXX° secundo, primo die februarii.

172

De eodem.

Sans date (vers 1232-33, février).

A ⁴. pièce CLXXIII. Ego Willelmus, castellanus Sancti Audomari, notum facio omnibus, tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris quod elemosinam quam dominus Balduinus de Aria homo meus fecit venerabili patri et domino Ade dei gratia Morinensi episcopo suisque successoribus de triginta septem mensuris nemoris sitis ibidem, quod totum de me tenebat, ratam habeo et gratam et tam elemosinam quam venditionem, tanquam dominus, approbo et confirmo, sicut in litteris dicti Balduini super hoc confectis plenius continetur. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi feci et sigilli mei munimine roborari.

173

De jure patronatus ecclesie de Helefault, magistro Wiberto canonico capellano Sancti Spiritus et non P. episcopo Morinensi per magistrum W. de Cornellon et Arnulfum de Brugis adjudicato.

(1233, 1er juin).

A ⁵. pièce CLXXIV. Magister Willelmus de Cornellon et Arnulfus de Brugis canonici Morinenses, omnibus presentes litteras inspecturis, in domino salutem. Notum sit universitati vestre quod cum controversia verteretur inter venerabilem

patrem Petrum, dei gratia episcopum Morinensem, ex una parte, et magistrum Wibertum canonicum Morinensem, ex altera, super jure patronatus ecclesie de Helefaut, eo quod uterque eorum dictum jus patronatus ad se pertinere dicebat; tandem in nos compromiserunt, promittentes, bona fide et sub pena quadraginta librarum parisiensium, quod nostram ordinationem et dictum firmiter et inviolabiliter observabunt. Nos autem, partibus in nostra presentia convocatis et predicto venerabili patre episcopo per procuratorem, scilicet magistrum Jacobum officialem suum, et prefato magistro Wiberto, in presentia nostra constitutis, partibus juratis de veritate dicenda, nec non productis testibus juratis et diligenter examinatis, quos utraque pars coram nobis producere voluit, et attestationibus publicatis, productis etiam instrumentis ex parte dicti magistri Wiberti ad ejus intentionem probandam, omnibusque diligenter auditis, quecumque partes, tam de jure quam de facto, proponere voluerunt, habito bonorum virorum et jurisperitorum consilio, die assignato ad audiendam ordinationem nostram et dictum, anno domini M° ducentesimo tricesimo tercio, feria quarta post trinitatem et dicto magistro Jacobo officiali, procuratore dicti venerabilis patris episcopi et dicto magistro Wiberto pro se ipso, in nostra presentia constitutis, ordinavimus et diximus quod magister Wibertus jus patronatus ecclesie de Helefaut habeat et teneat tanquam patronus, absque perturbatione et inquietatione sepedicti venerabilis patris episcopi Morinensis.

131

De Werpitione facta de decima de Hondingehem.

(1234).

[N.] cantor, N. de Broco canonicus Sancti Petri Casletensis, G. decanus p pièce CXIV.
cristianitatis ejusdem loci, Eustachius baillivus comitisse Flandrensis in officio Casletensi, B. cognomine Usurarius, baillivus castellani S. Audomari, N. de Drinkeham, Thomas de Loberga, Johannes de Sigeri Capella, Eustachius de Winninghesselle, Walterus de Broco, Gerardus Mauer de Supene, Gillebertus de Bavinchove, Balduinus de Mernes, et Sigerus de Tienes milites, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Hugo dictus clericus de Hovelingehem

et Cristiana uxor sua heres filiastri dicti H. de Hondinghem, Lambertus, Nicholaus et Anselmus filii dicte Cristiane, in presentia nostra constituti, recognoverunt se nihil juris habere in decima de Hondingehem pertinente ad personatum dicte ecclesie, et si aliquid juris haberent in dicta decima, illud totum resignaverunt et werpiverunt coram nobis. Et hoc idem fecerunt coram multis aliis feodatis dicte domine comitisse et coram quinque scabinis Casletensibus. In cujus rei testimonium presentibus litteris, sigilla nostra duximus apponenda. Actum in crastino beate Lucie, anno domini M° CC° XXX^mo quarto.

175

De invadiatione quarte partis decime quam dominus de Praeles habet apud Renteke in loco qui dicitur Ostrillet.

(1234, juillet).

D. pièce CCLXVII. Gillebertus dei permissione abbas et conventus sancte Berte de Blangiaco, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Petrus de Strasseles major et Marguareta uxor sua, in presentia nostra constituti, pignore obligaverunt reverendo patri ac domino P. dei gratia Morinensi episcopo, pro triginta quinque libris Flandrensis monete, unam garbam, videlicet quartam partem decime quam Girardus miles dominus de Praeles habet apud Reteke, in loco qui dicitur Ostrillet, ita quod non poterit redimi donec tres anni fuerint elapsi, et post tres annos, redimi poterit de anno in annum, inter mensem Augustum et Natale domini subsequens et non in alio termino, pro pecunia supradicta ; hoc notato quod dictus Petrus et uxor sua promiserunt, juramento interposito, quod istam conventionem firmiter et fideliter observabunt. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno domini M° CC° XXX^mo quarto, mense julio.

176

De decima de Hasebroeuc sita in angulo qui dicitur Briard episcopo vendita.

(1235, avril).

Cristianus decanus, Egidius archidiaconus, Bernardus de Gandavo prepositus Herlebecensis, canonicus Morinensis et Willelmus de Broco canonicus Casletensis, omnibus presentes litteras inspecturis in domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constituti, Petrus de Stainwerc et Marguarita ejus uxor, vendiderunt reverendo patri ac domino P. dei gratia Morinensi episcopo decimam suam quam habebant apud Hasebruec, in angulo qui dicitur Briard et werpiverunt, secundum legem et consuetudinem patrie, de assensu et voluntate Ysaac de Wedre et Cristiani senescalli de Sancto Audomaro, de quorum feodis tenebatur decima supradicta. Qui similiter in presentia nostra werpiverunt quidquid juris habebant seu habere debebant in dicta decima. Et ad majorem securitatem faciendam, omnes supradicti Petrus, Marguareta uxor ejus, Ysaac et Cristianus, tactis sacrosanctis, juraverunt quod in eadem decima nihil de cetero reclamabunt, et per se, vel per alium, dictum dominum episcopum vel successores suos super dicta decima non presument in aliquo molestare. Supradicta etiam Marguarita confessa est coram nobis et multis aliis quod nec coacta set spontanea voluntate faciebat werpitionem supradictam et quod in dotalitio quod habere habebat *(sic)* in dicta decima, habebat sufficiens excambium, de quo confessa est se esse penitus contentam, et sibi super hoc satisfactam. Ceterum quia domina Maria, uxor domini Philippi de Averdoing militis, jus dicebat habere in dominio dicte decime, nomine dotalitii, homines dicti Cristiani, videlicet Willelmus de Broudre, Willelmus de Alneto, Walterus Biereman et supradictus Ysaac testificati sunt coram nobis quod dictus dominus Ph. miles et Maria uxor ejus constituerunt Hellinum de le Prec procuratorem suum ad faciendum werpitionem loco sui de omni jure quod dictus Ph. et dicta uxor ejus habebant vel habere debebant in decima supradicta. Qui Hellinus, judicio dictorum hominum, fecit, loco dicti Ph. et uxoris ejus, eandem werpitionem coram nobis. In cujus rei testimonium presentes litteras

D. pièce CXCVIII.

sigillorum nostrorum appositione duximus roborandas. Datum anno domini M° CC° tricesimo quinto, mense aprili.

177

De decima de Hasebroeucq sita in angulo Briard P. episcopo vendita.

(1235, avril).

B. pièce CCXXXV. Ego Philippus de Averdoing, miles et Maria uxor sua, omnibus presentes litteras inspecturis, notum facimus quod nos werpivimus quicquid juris habebamus vel habere debebamus in decima quam Petrus de Stainwerc et Marguareta uxor ejus vendiderunt venerabili patri P. dei gratia episcopo Morinensi, sita apud Hasebruec, in loco qui dicitur angulus Briard, ac etiam werpitionem, quam Hellinus de le Prec fecit loco nostro super dicta decima, ratam habemus et gratam. Datum anno domini M° CC° XXX° quinto, mense aprilis.

178

De compositione facta super duabus marchis monete Flandrensis que petebantur pro decima de Watua.

(1235, 7 juin).

D. pièce CCL. [N.] Ariensis, W. Casletensis dei gratia prepositi [1], omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod, cum esset contentio inter reverendum patrem et dominum P. dei gratia episcopum Morinensem, ex una parte, et dominum Petrum de Watua, Elisendam matrem suam et Iterium maritum matris sue militem, ex altera, super duabus marchis Flandrensis monete, quas petebant a dicto domino episcopo, asserentes jure hereditario se easdem debere percipere ex decima de Watua singulis annis, et in tercia parte emendarum pertinentium ad dictum episcopum infra parrochiam de Watua; tandem dicte partes, super dicta querela, in nos, fide interposita et sub pena centum librarum, compromiserunt, firmiter promittentes ut quicquid arbitrio vel

[1] Les mots suivants qui ne présentent aucun sens se trouvent intercalés ici dans le cartulaire : *et a predicto domino Morinensi Casletens.*

alio modo, tam de alto quam de basso, super dicta querela duximus ordinandum, dicte partes, sub pena predicta, firmiter et fideliter observabunt. Prudentium virorum igitur freti consilio, die ad terminandum negotium partibus assignata, taliter duximus ordinandum : quod dictus dominus episcopus quitabit et penitus liberabit eosdem de omnibus emendis in quibus tenebantur ei usque ad presentem diem, et etiam de omnibus que hucusque perceperunt de oblationibus predictis, nomine dictarum duarum marcharum, de quibus, in nostra presentia, quitavit eosdem et de dictis emendis et praesens dedit eis, secundum ordinationem nostram, vigenti quinque libras parisiensium. Ipsi vero, videlicet dictus P., mater et maritus ejus dictas duas marchas et oblationes supradictas et totam decimam de Watua et omnes emendas predictas et si quid juris debebant habere in ipsis penitus quictaverunt, juramento interposito, finaliter asserentes quod per se vel alium in dictis oblationibus, vel decima vel ratione, in dictis duabus marchis et emendis nihil de cetero reclamabunt. Ad majorem autem concordie securitatem, heredes eorum, videlicet Philippus frater ejus et ..... in] presentia nostra constituti, dictam compromissionem ratam et gratam habentes et [in] ecclesia, juxta ordinationem nostram, tactis sacrosanctis, juraverunt quod in supradictis oblationibus, decima, vel duabus marchis et emendis reclamare et dictum dominum episcopum vel successorem ipsius non presument in aliquo molestare, nec aliquid super hiis petent ab eisdem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine cum testium subscriptione fecimus sigillari. S. magistri Guillelmi de Cornillum ; S. Petri de Autolio ; S. domini Johannis de Gaiecort ; S. Hemardi ; S. magistri N., canonicorum Morinensium et aliorum quamplurium. Actum anno domini M° CC° et XXX^mo quinto, mense junio, quinta feria post trinitatem.

179

De hiis qui tenentur molere ad molendina que habent episcopus et capitulum Morinense apud Morinum et de gratia facta super hoc W. Pauperi.

(1235-1236, 2 mars).

Decanus totumque capitulum Morinense omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Notum facimus quod cum venerabilis pater

D. pièce CCLXXI

P. dei gratia episcopus non diceret quod quicumque manens in civitate Morinensi, sive clericus, sive miles, sive laicus, tenetur molere ad molendina communia dicti episcopi et nostra apud Morinum, sicut in privilegiis super hoc confectis plenius continetur, et dilectus canonicus magister Willelmus dictus Pauper qui in presenti a nobis tenet ad firmam molendinum quod emimus a domino Balduino de Aria milite, et ad dictum molendinum moleret et non ad molendina communia, sicut asserebat episcopus, molere teneretur cum in civitate maneret, tandem habita super hoc deliberatione et tractatu in communi capitulo, consentimus, volumus et statuimus in posterum observandum, ut quicumque predictum molendinum teneat, sive canonicus, sive clericus, sive miles, sive laicus, sive nos in manu nostra, sive quilibet alius, ad illud molendinum molere non poterit, sed molere tenebitur ad communia molendina, servata consuetudine molendi ad dicta molendina. Dictus vero episcopus memorato Willelmo, de gratia, concessit quod, quandiu predictum tenuerit molendinum, ad illud molere possit. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo capituli nostri duximus sigillandas. Actum anno domini M° CC° XXX° quinto, feria secunda post : *Oculi mei*.

180

Compositio Petri de Colomedio.

(1236, 2 avril).

A s. p. [CLXXVII]. Universis presentes litteras inspecturis, P. de Collemedio ecclesie Sancti Audomari prepositus, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter venerabilem patrem, episcopum Morinensem, ex una parte, decanum et capitulum Morinense, ex altera, super pluribus articulis questio verteretur, in nos tandem fuit ab utraque parte compromissum sub certa pena, ita quod quicquid nos super premissis de jure vel ad voluntatem nostram arbitraremur vel ordinaremus, partes, sub pena premissa, servare tenerentur.

Primus articulus talis fuit : dicebant predicti decanus et capitulum quod si homo capituli delinquat in terra episcopi et non capiatur in presenti forisfacto vel in presenti melleia, sed recedat dearrestatus, nec episcopus, nec prepositus, nec scabini ipsius episcopi, poterunt sibi in eum

quicquam juris vendicare, nec ipsum capere, si contingat eum in terram episcopi venire postmodum. Episcopus autem contrarium asserebat, dicens quod si recedat dearrestatus, prepositus vel scabini sui ipsum protrahi facient et emendam adjudicatam petent a decano et capitulo, ut ipsi faciant eis habere emendam adjudicatam. Quod si non facerent, possent illum postea in terram episcopi venientem arrestare et tenere, donec suam emendam haberent. Super hoc articulo, sic duximus ordinandum : quod si homo capituli delinquat in terram episcopi et recedat dearrestatus, et clamor inde veniat ad decanum et capitulum, facient infra triginta dies inde justiciam fieri per suos scabinos, et episcopus sive prepositus episcopi faciet dictos scabinos capituli habere veritatem de hominibus episcopi, quotiens opus fuerit infra tempus predictum, et emenda inde proveniens erit decani et capituli ; et si, infra illud tempus, negligentes fuerint decanus et capitulum, extunc episcopus poterit facere illum per suos scabinos protrahi et secundum legem patrie judicari ; et arrestare eum poterit in terra sua, si decanus et capitulum non facerent ipsum emendam habere. Hoc idem servabitur e converso de hominibus episcopi quando delinquent in terra decani et capituli. In illo spacio temporis non computabitur tempus in quo scabini non possint vel non solent judicare, si contingat ab isto dicto, de partium consensu, recedi, vel contingat aliquo modo istud dictum enervari, vel dici quod non debet servari ; tunc quelibet pars revertatur ad jus, si quod sibi, ante hoc dictum, competebat.

Secundus articulus talis fuit : dicebant enim decanus et capitulum licere sibi excommunicare auctoritate episcopali, sub forma que continetur in litteris concessis capitulo a bone memorie Desiderio Morinensi episcopo, et cum contra hoc multa proponeret episcopus memoratus, dicimus : quod episcopus concedat decano et capitulo quod possint excommunicare malefactores et raptores suos quoscumque manifestos, preter eos qui sunt de familia episcopi, contra quos, si delinquant, sic procedetur : si factum delinquentis advocat ad se episcopus, conquirentur ipsi decanus et capitulum de hoc episcopo, et si inde, infra quindecim dies, justiciam de delinquente non faceret episcopus, tunc capitulum contra ipsum episcopum uteretur pena qua contra ipsum episcopum solet uti, cessando videlicet contra eum. Si vero factum illius delinquentis de familia sua episcopus ad se non advocaret, quia est de familia episcopi, conquererentur episcopo vel ejus officiali, si episcopus presens non esset, ut faceret emendari.

Capitulum contra illum procedere posset tanquam contra malefactores predictos. Hoc concedet episcopus, salvo jure episcopali et archidiaconorum, auctoritate absolvendi, si infra quadraginta dies post latam sententiam non satisfacerint, deinceps episcopo reservata. Hoc concedet episcopus, salvis privilegiis capitulo concessis de libertate atrii, claustri, mansionum canonicorum, facultatum et servitorum eorumdem.

Tercius articulus est : quia dicebat episcopus donationem scolarum ad se pertinere, capitulo quod ad se pertinebat asserente. Super hoc ita dicimus : quod episcopus potest facere scolasticum canonicum in ecclesia residentem, sicut episcopus et capitulum de residentia convenerunt ; et si scolasticum canonicum faciat in ecclesia, ille scolasticus dabit scolas que ad ipsius donationem pertinebunt. Si autem scolasticus non fuerit in ecclesia, decanus et capitulum, auctoritate episcopi, provideant de magistro scolarum qui sit ydoneus ad legendum, cum ipsi possint sollicitius intendere circa magistrum qui sit necessarius scolaribus in claustro studentibus.

Quartus articulus est : dicebat enim episcopus quod ipse potest habere canonicos quot vult secum et facient cum ipso tam primam quam aliam residentiam. Super hoc dicimus : quod ipse poterit secum habere duos vel tres qui cum ipso facient et primam et alias residentias, et si urgens negocium episcopo immineret, posset a capitulo petere duos qui ei ipsos in illo urgenti negocio non negabunt.

De ecclesia Sancti Martini, duplicatum fuit episcopo et ab ipso concessum quod decanus et capitulum residens apud Morinum adduceret coram eo capellanum quem vellent habere ibidem et si omnes testificarentur episcopo eum sufficientem ad capellaniam, episcopus ibidem substitueret eundem, recepto sacramento ab ipso quod mandata sua et curie faceret diligenter ; et si postmodum episcopus audiret eum vel insufficientem vel malum, moneret capitulum quod corrigeret ; et si negligenter se in hoc haberet, episcopus posset extunc in cum suum officium et jurisdictionem ordinariam exercere.

De decimis pauperorum clericorum dictum fuit quod redderentur episcopo, et fuerunt reddite. Episcopus postmodum ex gratia sua dedit eis alias decimas suas. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Actum anno domini M° CC° tricesimo sexto, die mercurii post Pascha.

181

De concessione parrochie de Rackingehem facta a Balduino de Aria episcopo Morinensi.

(1239, avril).

Ego Balduinus de Aria, miles, dominus de Helchin, omnibus presentes litteras inspecturis, notum facio quod, cum controversia esset orta inter venerabilem patrem dei gratia Morinensem episcopum, ex una parte, et me ex altera, super donatione et presentatione parrochie de Rackingehem, super qua fuerat a dicto episcopo et me compromissum in virum religiosum Symonem abbatem Sancti Bertini et in nobilem virum dominum Balduinum de Haveskerka militem, habita super hoc diligenti deliberatione et proborum virorum consilio, totum jus quod habebam vel habere poteram super donatione et presentatione dicte parrochie, liberaliter et de bona voluntate mea, salvo omni alio jure meo quod habeo in eadem ecclesia et in villa, dedi, concessi, remisi, werpivi et quitavi perpetuo dicto episcopo et suis successoribus, promittens bona fide quod super donatione et presentatione solummodo dicte parrochie nihil de cetero reclamo ; immo volet et placet michi et in hoc consentio quod dominus episcopus et ejus successores conferendi dictam parrochiam amodo, sine nobis, ubicumque et cuicumque voluerit, pro voluntate sua, liberam habeant potestatem. Actum apud Sanctum Bertinum, presentibus viris religiosis : Symone abbate de Claromarisco, Symone abbate Sancti Bertini, Michaele preposito Watinensi, nobili viro domino Balduino de Haveskerka milite, domino Johanne de Doy canonico Morinensi, magistro Petro clerico domini Morinensis episcopi, anno domini M° CC° XXX^mo^ nono, mense aprili.

D pièce CCXXXVI.

182

De homagio a R. Attrebatensi advocato, Bethunie et Tenremundie [domino] debito episcopo et capitulo, ratione tercie partis decimarum d'Esteres, de Nuef Berquin et in parrochia de Le Gorgue [1].

(1239, août).

D. pièces CXC et CCXXXIX.

Reverendo patri in domino P. dei gratia venerabili [2] episcopo Morinensi totique capitulo Morinensi, R. Attrebatensis advocatus, Bethunie et Tenremundie [3] dominus, salutem in domino sempiternam. Notum vobis fieri volo, venerabilis pater, et omnibus etiam presens scriptum inspecturis quod ego teneo de vobis, venerabilis pater episcope, terciam partem decimarum, quam terciam partem habeo in parochia d'Esteres et in parrochiis que a dicta parrochia sunt extracte, videlicet in parrochia de Nuef Brekin, et in parrochia de Le Gorghe, excepto *le dimeron* decimarum omnium predictarum et terciam partem dictarum decimarum, quam, ut dictum est, de vobis teneo, estimo ad valorem centum librarum Flandrensium annuatim aut plus, et [de] dicta tercia parte dictarum decimarum recognosco ego me hominem vestrum esse, et quod ego et heres meus teneamus homines vestri esse de dicta tercia parte decimarum predictarum. Preterea recognosco me tenere de vobis, sub eodem homagio, illa homagia que mihi debentur ab hominibus meis tenentibus de me in feodum decimam in parrochia de Stainwerc. Inde est quod paternitatem vestram deprecor, quatenus vos, venerabilis pater episcope et capitulum Morinense, consensum adhibeatis ad hoc quod collacio quam predecessores mei fecerunt ecclesie de Bello Prato juxta Le Gorghe, de personatu de Le Gorghe, quam collationem per litteras meas confirmavi, firma sit et stabilis in perpetuum. Et ut ea que in presentibus litteris continentur robur obtineant firmitatis, presentem paginam sigilli mei munimine confirmavi. Datum anno domini M° CC° tricesimo nono, mense augusto.

[1] La seconde copie qui se trouve dans le même cartulaire porte le titre suivant: « *Recognitio advocati Belhuniensis super hiis que debet episcopo Morinensi in parrochia d'Esteres et in appendiciis.* »

[2] Le cartulaire porte : *vel.*

[3] Le cartulaire porte : *Tenrecondie.*

182

De concessione parrochie sive capellanie de Faskele domino P. Morinensi episcopo.

(1239, octobre).

Ego Arnulphus dominus de Renty et ego Jacobus Payelle, milites, notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos, in donatione capellanie de Fassekele, nullum jus habemus nec reclamamus, immo bene volumus et concedimus quod venerandus pater et dominus Petrus dei gratia Morinensis episcopus et omnes sui successores episcopi Morinenses jus habeant et plenariam potestatem conferendi capellaniam supradictam persone cui voluerint, quotiens contingerit hanc vacare. In cujus rei testimonium sigillorum nostrorum munimine [has litteras] duximus roborandas. Actum anno domini M° CC° XXX° nono, mense octobris. D. pièce CCLVIII.

183

Item, littere capituli Casletensis super decima domini B. de Hardinfort.

(1240-1241, 4 mars).

Universis presentes litteras inspecturis, L. cantor totumque capitulum ecclesie beati Petri Casletensis, salutem in domino. Noveritis quod nos concedimus viris venerabilibus et discretis capitulo beate Marie Morinensis quod illam decimam, quam nobis vendidit dominus Baldevinus de Hardinfort miles, jacentem in parochia de Zerminghezele, que parochia spectat ad collationem predicti capituli Morinensis, pro eodem precio pro quo nobis vendidit predictus miles et nobis custavit, parati sumus eis dare sub testimonio competenti et juramento a nobis prestito, si necesse fuerit, quandocumque requisiti fuerimus ab illis post primum Augustum vel secundum proximos venturos, et hoc bene concedimus sine fraude et dolo nos facturos. In cujus rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine duximus roborandum. Datum anno domini M° CC° XL°, sabbato post cineres. D. pièce CLXXXVI.

185

Consensus advocati et advocatisse Morinensis super decima de Mousle et ejus venditione ecclesie Morinensi.

(1242-1243, janvier).

D pièce CCVII. Ego Arnulphus advocatus Morinensis et dominus de Malo Alneto et B. uxor, mea notum facimus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis quod Adam de [1] Bours coram nobis recognovit quod Willelmus de Hametes baillivus de Falcoberga vendiderat, werpiverat et quittaverat, de consensu Jacobi filii sui primogeniti, ecclesie Morinensi decimam suam de Mousle, quam dictus baillivus tenebat de dicto Adam et quam idem Adam de nobis tenebat in feodum, de consensu et voluntate Ade, coram paribus [2] curie sue, predicto baillivo hoc idem recognoscente et asserente coram nobis. Nos vero, ad instantiam dictorum baillivi et Ade, dictis venditioni et werpitioni et quitationi, tanquam dominus, dicti Ade de dicta decima, nostrum consensum prebuimus et assensum, predicta laudantes. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum anno domini M° CC° XL° secundo, mense januario.

186

De emptione decem et octo mensurarum terre ab Antonio de Flechinel pro episcopo.

(1242-1243, janvier).

D. pièce CCIX. Ego Willelmus de Inkenegate et Garinus de Garbecque, universis presentes litteras inspecturis, notum facimus quod Antonius de Flechinel, in nostra presentia propter hoc constitutus personaliter, vendidit et werpivit reverendo patri nostro P. dei gratia Morinensi episcopo decem et octo mensuras terre vel circiter in duobus locis site, cujus pars sita est citra Lacam [3], residua vero Hamiscans [4] nuncupatur, quamlibet mensuram pro

[1] Le cartulaire porte *et* au lieu de *de*.
[2] Le cartulaire porte *partibus*.
[3] Le texte du n° 187 porte : *Haiam*.
[4] Le même texte porte ici *Hauscans*.

quatuor marchis parisiensium, nobis Willelmo de Inkenegate domino suo et Garino de Garbeke superiore domino dicte terre consentientibus expresse et dictas venditiones et werpitiones ratas habentibus et acceptas, nostrisque paribus ad hoc presentibus ac propter urgentem necessitatem et evidentem utilitatem dicti Antonii, ipsas venditionem et werpitionem rite, secundum jus, legem et consuetudinem patrie et curie nostre judicantibus legitime esse factas. Cui werpitioni et venditioni Mathildis uxor dicti Antonii benignum prebuit consensum et assensum, spontanea, non coacta, asserens sibi competens excambium pro dote, si quam habebat vel habere poterat in dicta terra, ad terram ipsius Antonii, Retraincouture et le Caisnoy appellatam a dicto marito suo factam esse et eodem se contentam, que sub suo juramento creantavit quod, de cetero, ratione dotis vel alio quocumque modo super premissis nichil reclamabit, nec dictum episcopum vel ejus successores in aliquo molestabit super terra supradicta. Dictus vero Antonius promisit quod faciet et procurabit quod heres suus, quando ad etatem legitimam pervenerit, venditioni, werpitioni et conventioni consentiet expresse supradicte et contra predicta nullatenus de cetero se venturum. Que omnia et singula superius contenta dictus Antonius promisit, juramento interposito, se firmiter et fideliter servaturum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Datum anno domini M° CC° XL° secundo, mense januario.

187

De quictatione et resignatione decem et octo mensurarum terre facta ab Anthonio de Flechinel domino P. Morinensi episcopo.

(1242-1243, janvier).

N. abbas Sancti Augustini, magister D. canonicus et officialis, P. cantor Morinensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod Anthonius de Flechinel, in presentia nostra propter hoc personaliter constitutus, vendidit et werpivit reverendo patri nostro P. dei gratia Morinensi episcopo decem et octo mensuras terre vel circiter in duobus locis site, cujus [1] pars sita est citra Haiam, residua vero

D. pièce CCXLVI.

[1] Le cartulaire remplace ces deux derniers mots par *successivis*

Hauscans nuncupatur, quamlibet mensuram pro quatuor marchiis parisiensium sibi integre persolutis, exceptioni pecunie non numerate renunciando, domino suo Willelmo de Inkinegate et Warino de Garbeke superiore domino dicte terre presentibus, firmas dictas venditionem et werpitionem habentibus et acceptam, eorumque paribus hic presentibus ac, propter urgentem necessitatem et evidentem utilitatem dicti Antonii, ipsas venditionem et werpitionem, rite, secundum jus, legem et consuetudinem patrie et curie dictorum Willelmi et Warini, judicantibus [1] legitime esse factas. Cui venditioni et werpitioni Mathildis uxor dicti Antonii spontanea non coacta, prebuit consensum suum et assensum, asserens sibi [competens excambium pro dote, si quam habebat vel habere poterat, in dicta terra ad [2]] terram ipsius Antonii, Bertracouture et le Caisnoy appellatam a dicto marito suo factam esse et eodem se contentam, que sub juramento creantavit quod de cetero, ratione dotis vel alio quocumque modo [3], super premissis nihil reclamabit nec dictum episcopum vel ejus successores in aliquo super dicta terra molestabit. Dictus vero Antonius id promisit quod faciet et procurabit quod heres suus, quando ad etatem legitimam pervenerit, venditioni, werpitioni et conventioni [4] supradicte expresse consentiet, et quod contra predicta in aliquo non veniet. Que omnia et singula superius contenta promisit dictus Antonius, juramento interposito, se firmiter et fideliter servaturum. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum anno domini M° CC° XL^mo secundo, mense januario.

188

De uno capone quem debent habere episcopi Morinenses in domo presbiteri de Rebeka, de consensu advocati Betuniensis.

(1242-1243, mars).

D. pièce CC. Universis presentes litteras inspecturis, R. advocatus Betuniensis et dominus de Teremondo *(sic)* notum facimus quod inter reverendum patrem Petrum dei gratia episcopum Morinensem et nos, talis conventio in-

[1] Le cartulaire porte : *invocantibus*.
[2] Ces mots sont omis dans le cartulaire.
[3] Au lieu de *modo* le cartulaire porte *meo*.
[4] Le cartulaire porte : *proventioni*.

tervenit, quod dictus episcopus et ejus successores debent habere singulis annis in perpetuum a presbitero de Robeka unum caponem cum appendiciis, in quibus idem presbiter nobis et successoribus nostris tenebatur in perpetuum, de quadam masura continua manso suo ; que masura fuit Petri dicti Capir sicut dicitur, et per hoc erit dictus presbiter [liber] et immunis, et illi qui dictam masuram de cetero habebunt, erga nos de dicto capone cum appendiciis solvendis nobis vel successoribus nostris in futurum. Et propter hoc dedit et concessit nobis et successoribus nostris dictus episcopus unum caponem cum appendiciis, singulis annis, ab Arnulfo dicto Hemerico, in perpetuum percipiendis et habendis, in quibus idem Hemericus et ejus successores tenebantur vel tenebuntur dicto episcopo de quodam manso quem idem Arnulphus tenebat ab episcopo supradicto. Nos vero promisimus eidem episcopo dictum caponem cum appendiciis a dicto presbitero et illis qui predictam masuram dicti presbiteri cum appendiciis, de cetero habebunt percipiendis in futurum bona fide garandire et dictus episcopus promisit nobis dictum caponem cum appendiciis, a dicto Arnulpho, singulis annis, in perpetuum percipiendis, similiter garandire in futurum. Et per hoc erit dictus Arnulphus liber et immunis et ejus successores de dicto capone et appendiciis in quibus eidem episcopo tenebatur. In cujus rei testimonium presentes litteras dicto domino episcopo tradimus sigilli nostri munimine roborata. Datum anno domini M° CC° XL^mo secundo, mense martio.

189

Littere P. episcopi Morinensis et advocati Bethunie super compositione facta inter capitulum et advocatum et advocatissam Morinenses.

(1243).

P. dei gratia Morinensis episcopus et R. advocatus Attrebatensis, Ten- A^s. pièce CLXXV
remondie et de Bethunia dominus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noveritis quod, cum controversie mote essent inter decanum et capitulum Morinensem, ex una parte, et virum nobilem Arnulphum advocatum Morinensem et B. ejus uxorem, ex altera, super pluribus articulis, compositum est in hunc modum : quod dicti advocatus et advocatissa omnes donationes, venditiones, permutationes et omnes alios

contractus, quocumque nomine censeantur, decimarum de Altofossato, de Clenleu, de Hersella et duarum garbarum decime de Wencli, sicut in litteris predecessorum nostrorum episcoporum Morinensium et comitum Flandrie, Bolonie et etiam antecessorum advocati predicti continetur, ratas et firmas habent et habebunt. Juraverunt etiam, tactis sacrosanctis, quod super predictis nichil juris de cetero reclamabunt, nec per se nec per alios facient reclamari, nec predictam ecclesiam Morinensem, per se nec per alios, molestabunt vel facient molestari. Et si quid juris in predictis habent vel habebant, dicte ecclesie in perpetuam elemosinam concesserunt. Promiserunt insuper quod omnes cartas super predictis confectas innovabunt et ad majorem securitatem dicte ecclesie novas tradent sigillis suis sigillatas. Super decima vero de Nova Villa, quatuor electi sunt de capitulo Morinensi, scilicet : R. cantor, B. de Gandavo prepositus Hellebecensis, D. penitentiarius et Willelmus dictus Pauper, qui, juramento interposito, inquirent si dicti advocatus et advocatissa aliquid juris habent vel habebant in predicta decima. Quod si per inquisitionem invenerint dictos advocatum et advocatissam aliquid juris habere in predicta decima, dicti decanus et capitulum pecuniam dabunt dictis advocato et advocatisse ad estimationem predictorum ; qua pecunia mediante, dicti advocatus et advocatissa super dicta decima inperpetuum subticebunt, et dicta decima dicte ecclesie remanebit. Si vero per inquisitionem eorum constiterit dictos advocatum et advocatissam in ea nichil juris habere, tenentur inperpetuum subticere. Promiserunt insuper, sub dicto juramento, quod, quando Hugo, eorum filius primogenitus, minor, ad etatem legitimam venerit, facient ipsum H. heredem vel eorum heredes predictis partionibus consentire. Custodia vero traversi Morinensis apud predictos advocatum et advocatissam et eorum heredes in perpetuum remanebit, sicut antea remanebat. Quia vero advocatus et advocatissa erga ecclesiam Morinensem liberaliter in dicta compositione se habuerunt et benigne se tractari permiserunt, dicti decanus et capitulum dictis advocato et advocatisse omnia mutua super quibus instrumenta sunt confecta liberaliter condonarunt et ea quitaverunt. Per hanc autem compositionem, omnes injurie, dampna, et gravamina hinc inde irrogata, quita remanebunt. Hec compositio facta est salva questione novalium utriusque partis de Wencli. De omnibus autem predictis tenendis et conservandis obligarunt dicti advocatus et advocatissa omnia bona sua et heredes suos. In cujus rei testimonium et ut

predicta rata et firma permaneant in futurum, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno incarnationis dominice M° CC° XL° III°.

190

De emptione terre de Wime quam vendidit dominus Johannes Dores, miles, P. episcopo Morinensi.

(1244, 12 novembre).

Ego Johannes dictus Dores, omnibus presentes litteras inspecturis, ego, pro urgenti necessitate mea, vendidi et werpivi, pro septies vigenti et quatuor libris parisiens. quatuor solidis minus, michi integre persolutis, reverendo patri et domino P. dei gratia Morinensi episcopo totam [terram] meam et quicquid habebam apud Wime ; quam terram Arnulphus de Wime, miles, michi contulerat et assignaverat pro vigenti libratis terre annui redditus, per compositionem factam inter episcopum, ex una parte, et parentes meos, ex altera, de morte patris mei ; et hec venditio et werpitio facta est a me coram paribus curie dicti episcopi et hominibus ejus qui dictam venditionem et werpitionem judicaverunt rite, legitime, secundum legem et consuetudinem patrie esse factam, coram me vel per alium nihil de cetero reclamabo, renuncians et quitans dicto episcopo et ejus successoribus omne jus quod habebam vel habere poteram in dicta terra, me nichilominus obligando ad hoc, quod, usque ad annum et diem, contra omnes, dicto episcopo premisso garandissabo, pro quo observando dedi et constitui plegios, erga dictum dominum episcopum, fratrem Johannem, dictum magistrum de Tiennes, Danielem de Sauchoy, et Symonem dictum Rotier. Et huic venditioni Gillebertus frater meus interfuit presens et expresse consensit, promittens quod in dicta terra nihil de cetero reclamabit et quod dictum episcopum vel ejus successores, super dicta terra, nullatenus molestabit. Maria vero uxor mea, advocato suo, ad hoc sibi specialiter dato, presente et una secum consentiente et auctoritatem eidem prebente dicte venditioni et omnibus supradictis presens interfuit et expressit, consensit spontanea voluntate, renunciando dotalitio et omni alii juri, si quod habeat vel habere poterat in dicta terra, recognoscens se habere sufficiens excambium propter hoc, quod ego feci eidem ad terram

D. pièce CCII.

meam de Tienes quam teneo de domino Balduino de Aria milite et alibi, reputans super illo excambio se esse contentam. Que omnia et singula dicta Maria promisit, fide prestita corporali in manu dicti episcopi, se firmiter et fideliter servaturam et quod, per se vel per alium, ratione dotalicii vel alio modo, nihil in posterum super [hoc] reclamabit. In quorum rei memoriam, quia sigillum proprium non habebam, viri venerabiles qui omnibus premissis presentes interfuerunt, videlicet R. cantor, T. penitentiarius [1] ecclesie Morinensis et etiam G. abbas Sancti Augustini Morinensis, coram quo omnia supradicta recognovi, ad petitionem et rogatum meum, sigilla sua presentibus litteris duxerunt apponenda. Datum anno domini M° CC° XL^mo quarto, feria III^a ante festum beati Martini hyemalis.

191

De venditione novem mensurarum terre facta ab Antonio de Flechinel Eustachio servienti penitentiarii qui modo est episcopi.

(1244).

D. pièce CCLIX. Magister Henricus, officialis Morinensis, omnibus hec visuris salutem in domino. Noveritis quod Antonius de Flechinel, [et] Mathildis ejus uxor, in presentia nostra constituti, recognoverunt se vendidisse bene et legittime, secundum legem et consuetudinem patrie, Eustachio servienti magistri Dyonisii penitentiari Morinensis novem mensuras terre arrabilis inter Inkinnegate et Tervaniam. Ad majorem autem securitatem, dicta Mathildis, coram nobis, compos mentis, recognovit quod dictam terram vendiderat et werpiverat una cum dicto Antonio, spontanea voluntate, non coacta et fide prestita in manu nostra creantavit quod in dicta terra nihil de cetero, nomine dotis aut alio quocumque modo, reclamabit, asserens eisdem fide et religione se habere competens concambium sibi factum a dicto Antonio ad sex mensuras terre arrabilis site apud Flechinel, in loco qui dicitur Kaisnos et quod contenta erat concambio memorato. In cujus rei testimonium, ad petitionem dictorum Antonii et Mathildis, presentibus litteris fecimus apponi sigillum curie Morinensis. Actum anno domini M° CC° XL^mo quarto, feria secunda post festum beati *[le nom du saint manque]*.

[1] Le cartulaire porte : *primarius*.

192

Obligatio decime de Praelles facta a Willelmo milite de Belloramo.

(1245, juin).

Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis, G. dei permis- D. pièce CCXXXVIII
sione abbas Sancti Augustini Morinensis, P. prepositus Sancti Audomari, magister Jacobus scolasticus et Dyonisius penitenciarius, canonici Morinenses, salutem in eo qui est salus omnium. Universitati vestre, tenore presentium, volumus esse notum quod, in nostra presentia propter hoc constitutus, Willelmus de Belloramo, miles, nepos et homo ligius domini castellani Sancti Audomari, titulo pignoris obligavit reverendo patri ac domino P. dei gratia Morinensi episcopo decimam suam de Praeles quam tenebat de dicto castellano in feodum, de assensu et voluntate dicti castellani domini sui, pro ducentis libris artisiens. de quibus recognovit nobis sibi ad plenum esse satisfactum ; quam decimam dictus dominus episcopus debet tenere et pacifice possidere ab instanti nativitate Sancti Johannis Baptiste usque ad sex annos, ita quod interim non poterit redimi ; quibus sex annis elapsis, redimi pro dicta pecunie summa in festo Sancti Remigii et non in alio termino a dicto milite vel ab ejus herede [poterit] ; quam conventionem, predictus castellanus, tanquam dominus, promisit coram nobis quod eam faceret firmiter observari et quod dictam decimam garandizabit dicto domino episcopo et ejus successoribus erga omnes, donec redempta fuerit dicto modo, sicut idem castellanus promisit coram nobis. Et ad majorem securitatem faciendam, dictus Willelmus de Belloramo, juramento interposito, promisit ac coram nobis [creantavit] quod istam conventionem firmiter et fideliter observabit nec, per se vel per alium ex parte sua, dictum dominum episcopum seu ejus successores, super dicta decima, durante pignore, in aliquo molestabit. In cujus rei robur et testimonium, presentes litteras ad precationem et instantiam, tam dicti castellani quam dicti Willelmi, dicto domino Morinensi tradimus. sigillorum nostrorum munimime roboratas. Datum anno domini M° CC° XL° quinto, mense junio.

193

De assensu Johannis de Belloramo super obligatione decime de Praelles domino P. Morinensi episcopo.

(1245, juillet).

D. pièce CCVI. Ego Willelmus castellanus Sancti Audomari et dominus de Falcoberga, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod, Johannes, frater domini Willelmi militis de Belloramo primogenitus post ipsum, in mea hominumque meorum propter hoc presentia constitutus, expresse et spontanea voluntate consensit et ratam et firmam habuit obligationem factam reverendo patri ac domino meo P. dei gratia Morinensi episcopo a dicto Willelmo milite fratre ejusdem de decima sua de Praelis quam a me idem Willelmus tenet in feodum, sicut in litteris sigillo meo una cum sigillis curie Morinensis et Willelmi decani ecclesie Falkembergensis dictis litteris appositis, super dicta obligatione confectis et in aliis litteris, quas super hoc habet idem episcopus, plenius continetur. Quam obligationem, prefatus Johannes, fide data in manu mea, promisit fideliter et firmiter observare ; que omnia homines mei pronunciaverunt rite et legitime esse facta. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum meum, una cum sigillis dicti decani Falcobergensis et Aelidis domine [de] Thiembronna feci apponi. Actum anno domini M° CC° XL° quinto, mense julio.

194

Recognitio facta coram Odardo senescallo Boloniensi de altaribus de Nova Villa.

(1245-1246, janvier).

D. pièce CXCV. Universis presentes litteras inspecturis, Odo senescallus Bolonie et Willelmus dictus Monachus, miles, salutem in omnium salutare. Noverint universi quod Petrus de Durcat miles, Johannes et Willelmus clericus, filii ejus, in presentia nostra, quos reverendus pater Petrus, dei gratia Morinensis episcopus ad hoc specialiter convocavit, recognoverunt quod idem miles et uxor ejus, mater dictorum Johannis et Willelmi, et hiidem

Johannes et Willelmus et defunctus Theobaldus primogenitus frater eorumdem, quicquid habebant vel habere poterant, quocumque modo in altaribus de Buetin, de Ami, de Nova Villa et de Sempi, tam in oblationibus quam in decimis, quitaverunt dicto episcopo ejusque successoribus episcopis Morinensibus futuris. Recognoverunt etiam, quod omnes predicti videlicet Petrus miles et ejus uxor et eorum filii vel aliquis eorum vel eorum heredes nihil habebant vel habere poterant in dictis altaribus, nec in eis aliquid reclamabunt vel poterunt reclamare, immo dicta altaria erunt dicti episcopi ejusque successorum et ea debebunt et poterunt dicti episcopus ejusque successores tenere in perpetuum et dictas oblationes et decimas percipere pacifice et quiete. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, nos presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum apud Boloniam, anno domini M° CC° XL^mo quinto, mense januario.

195

De quictatione altaris de Nova Villa cum appendiciis.

(1245-1246, janvier).

Universis presentes litteras inspecturis, Bartholomeus, beate Marie in Bolonia, Walterus, Sancti Vulmari ejusdem ville, Guichardus, de Bello-Loco et Simon, de Dodelli-Villa, abbates, Radulphus cantor Morinensis, Willelmus decanus de Falcoberga et Richardus decanus cristianitatis Boloniensis, salutem in omnium salutare. Noverint universi quod Petrus de Durcat miles, Johannes et Willelmus clericus filii ejus, in presentia nostra, quos reverendus pater Petrus dei gratia Morinensis episcopus ad hoc specialiter convocavit, recognoverunt quod idem miles et uxor ejus, mater dictorum Johannis et Willelmi, et hiidem Johannes et Willelmus et defunctus Theobaldus primogenitus frater eorumdem, quicquid habebant vel habere poterant quocumque modo in altaribus de Buetin, de Ami, de Nova-Villa et de Sempi, tam in oblationibus quam in decimis, quitaverunt dicto episcopo ejusque successoribus episcopis Morinensibus futuris. Recognoverunt etiam quod omnes predicti, videlicet Petrus miles et ejus uxor et eorum filii vel aliquis eorum vel eorum heredes nichil habebant vel habere poterant in dictis altaribus, nec in eis aliquid recla- D. pièce CXCVI.

mabunt vel poterunt reclamare, immo dicta altaria erunt dicti episcopi ejusque successorum, et ea debebunt et poterunt dicti episcopus ejusque successores tenere in perpetuum et dictas oblationes et decimas percipere pacifice et quiete. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, nos presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum apud Boloniam, anno domini M° CC° XL^mo quinto, mense januario.

196

[*De quitacione oblationum altaris Sancti Pauli cum appendiciis Nicolai de Atrio clerici de Sancto Paulo pro episcopo* [1]].

(1246, 25 mai).

D. pièce CCXXVI. .....

Cumque post modum dominus episcopus qui nunc preest ecclesie Morinensi, memoratum Nicholaum prefati Roberti nepotem, nichilominus super premissis in judicium convenisset, tandem, bonis viris mediantibus, in nos, sub pena ducentarum marcharum sterlingorum ad majus pondus, pars utraque compromisit, promittentibus domino episcopo in verbo veritatis et dicto Nicholao, sub religione fidei, quod quicquid super premissis dixerimus ordinando firmiter observabunt ; et si alterum ipsorum contravenire contingeret, predictam penam alteri solvere teneretur [2] et nihilominus arbritrium teneretur servare. Nos autem, utriusque partis intellectis rationibus, hoc modo nostrum promittimus arbitrium : ut dominus episcopus Morinenses et ejus successores de cetero, in jamdictis parrochiis et earum succursibus, oblationes et legata integre percipiant, sicut idem Nicholaus et progenitores ejusdem hactenus perceperunt ; decimas vero minores et minutas, furnum [3] et hospites cum aliis ad hec pertinentibus, sicut percipere consueverant, dictus Nicholaus et ejus heredes in pace habebunt de cetero ; ita quod postea in feodum legium recipient ab episcopo Morinensi et servicii nomine feodalis, episcopo qui pro tempore fuerit, viginti libras parisiens. annuatim persolvent, medietatem infra octa-

[1] Le feuillet sur lequel se trouve le commencement de cette pièce manque dans le manuscrit ; je rétablis le titre d'après la table des matières.

[2] Le texte porte : *deneretur*.

[3] Le texte porte : *fermum*.

vas Natalis domini et aliam medietatem infra octavas Pasche, et dominus episcopus suas et capituli sui patentes litteras, super approbatione hujusmodi arbitrii, supradicto Nicholao, ad majorem securitatem, prestabit. In cujus rei testimonium et munimen presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno domini M° CC° XL^mo sexto, septimo kalendas maii.

197

Obligatio domini de Creseke ad tenendum pacem de juribus civitatis Morinensis cum episcopo P. Morinensi.

(1246, décembre).

Ego Robertus de Creseke, filius defuncti Anselli de Creseke militis, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod, super omnibus discordiis que erant vel esse poterant inter me, ex una parte, et reverendum patrem et dominum meum P. dei gratia Morinensem episcopum, ex altera, super hiis que pertinent ad feodum quam ego teneo ab ipso domino episcopo, ego, ex una parte, et dictus dominus episcopus, ex altera, compromisimus in Girardum vicedominum de Pinquegni et Inguerannum de Fienles, milites, tali modo, quod quicquid dicti duo arbitri super dictis discordiis, legitima facta inquisitione, bona fide arbitrandum duxerint, firmiter et inviolabiliter observabimus in futurum. Si vero dicti duo arbitri concordare non possent, Symon de Villaribus miles, baillivus Attrebatensis, de consensu nostro tercius est electus, cujus arbitrium cum aliorum duorum altero ratum erit. Que omnia, prout supradicta sunt, ego Robertus juravi solempniter et corporaliter me firmiter imperpetuum servaturum. In cujus rei testimonium, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno domini M° CC° XL^mo sexto, mense decembri. D. pièce CCXXXVI

198

De venditione altaris et decime de Journi facta a Mathilde persona de Audenehem.

(1246-1247, mars).

D. pièce CCXXVII. Universis presentes litteras inspecturis, Johannes Morinensis ecclesie decanus, Radulphus predicte ecclesie archidiaconus in Flandria, magister Henricus cantor et officialis, Dyonisius penitentiarius, canonici Morinenses, Beatrix advocata Morinensis, Alelmus de Radoumes miles et Willelmus de Inkinegata, salutem in omnium salvatore. Huniversitati *(sic)* vestre tenore presentium, volumus esse notum quod, in nostram propter hoc presentiam et aliorum plurimorum hominum domini episcopi Morinensis constituti, Mathildis, dicta persona de Audenehem, et Robertus clericus ejus maritus, propter paupertatem eorum et necessitatem, coram nobis et pluribus aliis hominibus domini episcopi Morinensis expositam, juratam et probatam legitime, tam per ipsos quam pares eorumdem M. et R., homines predicti episcopi vendiderunt [1] bene et legitime, ad legem et consuetudinem patrie approbatam et per advocatos eis ad legem datos, videlicet per Egidium de Mokele tunc advocatum dicti Roberti et per Balduinum de Mota tunc advocatum dicte Mathildis reverendo patri ac domino P. dei gratia Morinensi episcopo, ad opus episcopatus Morinensis, quicquid habebant et habere poterant in altari de Journi et in decimis lanarum, agnarum et omnibus aliis minutis decimis ad dictum altare pertinentibus, pro quinquaginta tribus libris parisiens. de quibus dicti R. et M. recognoverunt coram nobis ad plenum sibi fuisse satisfactum, hoc notato et expresso quod in dicta venditione continetur. Et venditum est expresse a predictis R. et M., per dictos advocatos eorum, juxta formam predictam, ad legem, dicto domino episcopo et ejus successoribus episcopis Morinensibus, quicquid Beatrix, relicta Guillelmi Rinne, uxor Mair ad presens, tenet et possidet, ratione dotis, in dicto altari et decimis supradictis que jure hereditario devenire deberet ad dictam Mathildim seu ad ejus heredes post obitum prefate Beatrix *(sic)*. Nos vero I. decanus, R. archidiaconus, D. penitentiarius, B. advocatissa, Alelmus de Ra-

[1] Le cartulaire porte : *venderunt*.

dommes, W. de Inkinnegata, qui sumus homines dicti episcopi Morinensis, propter paupertatem dictorum Mathildis et Roberti, ab eisdem coram nobis expositam, probatam, juratam et judicatam, pares dictorum R. et M., judicavimus, cum pluribus aliis hominibus domini Morinensis episcopi, predictam venditionem bene et legitime posse fieri et factam fuisse secundum legem et consuetudinem patrie. Preterea sciendum est quod de una marcha parisiens. quam dicti M. et R. annuatim tenentur reddere et persolvere domino episcopo Morinensi in qualibet nativitate domini, sicuti episcopi, M. et R. concensi *(sic)* fuerunt, coram nobis fecerunt assignamentum dicti M. et R. predicto domino episcopo ad omnia que tenebant in feodum de domino episcopo Morinensi in majori decima et terris apud Audenehem et Spinoi. Sciendum [1] est etiam quod dicti Robertus et Mathildis ejus uxor, prius, coram nobis et pluribus aliis hominibus episcopi Morinensis, recognoverunt quod de venditione quam alias fecerant similiter bene et legitime, per advocatos ad legem, predicto domino episcopo de hiis que habuerant in altari de Audenehem pertinentibus et de hiis omnibus que ad dictam Mathildim vel ejus heredes devenire debebant jure hereditario post mortem dicte Beatrix, receperant sexies viginti libras ab episcopo memorato. In quorum testimonium et perpetuam memoriam, nos omnes prenominati qui presentes interfuimus supradictis, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum apud Tervaniam, feria sexta ante Pascha, anno domini M° CC° XL^mo sexto, mense marcio.

190

De collatione juris patronatus parrochie de Wibre versus Divernam episcopo [2].

(1247, avril).

(N.) dei permissione abbas Sancti Vulmari in nemore totusque ejusdem loci conventus universis presentes litteras inspecturis, salutem et orationes. Noverint universi quod nos ecclesie nostre Sancti Vulmari in D. pièce CCVIII

[1] Le cartulaire porte : *Serendum*

[2] Titre factif auquel il faut substituer celui-ci : « ...*parrochiarum de Basinghem et de Ambleteuse* »

nemore utilitate inspecta, ex una parte, et utilitate ecclesie beate Marie Morinensis diligenter considerata, ex altera, in hunc modum ordinavimus quod P[etrus] venerabilis pater Morinensis episcopus et successores sui Morinenses episcopi habebunt in perpetuum jus patronatus parrochiarum de Basinghem et de Ambleteuwe. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum anno domini M° CC° XL^mo septimo, mense aprili.

200

De altari et decima de Bailliolo contra Lotinum Batalle seu ejus filios de renunciatione erga episcopum [1].

(1247-1248, 25 février).

D. pièces CCXXXVII et CCLXIV.

Universis presentes litteras inspecturis, Marguareta [2] Flandrie et Hanonie comitissa, salutem in domino sempiternam. Noverint universi quod in nostra presentia constituti, Lotinus dictus Bataille de Balliolo, Syngerus, Guillelmus, Bartholomeus, Boidinus et Ywanus filii [3] ejusdem Lotini, confessi sunt solempniter quod altare, oblationes et decima de Bailliolo et censa de eisdem non sunt de hereditate ipsorum ; immo dicta censa per plures annos fuit pluries augmentata nec aliquid jus habent vel habere possunt in predictis vel aliis predictorum, et si aliquod jus haberent vel habere possent, illud venerando patri P. dei gratia Morinensi episcopo ejusque successoribus episcopis Morinensibus in perpetuum quitaverunt ; omnia et singula predicta in nostra presentia sollempniter abjurantes per juramentum suum promittentes quod de cetero non perturbabunt, per se vel per alium, super dictis vel aliquo predictorum, episcopum vel ecclesiam Morinensem, seu censarios vel servientes ejusdem, nec consilium nec auxilium prestabunt quod super predictis vel predictorum aliquo perturbentur. In cujus rei robur et testimonium, presentes litteras, ad petitionem dicti Lotini et filiorum ejus prenominatorum, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Markete, anno domini

[1] Ces quatre derniers mots ne se trouvent pas dans le titre du n° CCLXIV.

[2] Le n° CCXXXIV remplace le nom de la comtesse Marguerite par : *Willelmus comes Flandrie.*

[3] Le texte porte : *alii.*

M° CC° XL^mo septimo, mense februarii, feria quarta ante festum beati Petri ad cathedram.

201

De invadiatione decime de Bourech a domino Andrea de Mota P. Morinensi episcopo facta.

(1248-1249, mars).

Ego Robertus dominus de Wavring miles, senescallus Flandrie [1], notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod ego impignorationem quam dominus Andreas de Mota, miles, fecit erga reverendum patrem et dominum meum Petrum dei gratia venerabilem episcopum Morinensem, de decima sua sita in tenemento nostro, in parrochiagio de Borrech, quam dictus Andreas tenebat in feodum de Willelmo de Cressonniere domino de Eskedeske homine meo, et quam decimam idem Willelmus de me tenebat in feodum, ratam et gratam habeo ac etiam conventionem exinde factam, prout continetur in litteris prefati Andree super hoc confectis, concedo, et promitto me dictam decimam garandire predicto domino episcopo et ejus successoribus episcopis Morinensibus contra omnes juri et legi parare volentes sine servicio et absque omni exactione quamdiu durabit dictum pignus. In cujus robur rei et testimonium, presentes litteras dicto episcopo tradidi sigilli mei munimine roboratas. Datum anno domini M° CC° XL^mo VIII°, mense marcio. D. pièce CCXXXII.

202

De invadiatione decime domini Andree de Mota apud Borrech facta P. Morinensi episcopo.

(1248-1249, mars).

Ego Andreas de Mota miles, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego, de assensu et consensu Hostonis fratris ac heredis mei, titulo pignoris obligavi reverendo patri ac domino P. dei gratia ve- D. pièce CCXLV.

[1] Le texte porte : *And'*.

nerabili, episcopo Morinensi totam decimam meam magnam et minutam quam habebam in parrochiagio de Borecht quam teneo in feodum de Willelmo de Cressonniere domino d'Eskeldeche, pro quatuor viginti libris et centum solidis parisiensis monete, quas mihi solvit idem dominus Morinensis in pecunia numerata, ab instanti festo sancti Remigii usque ad sex annos continuos proximo venturos, et interim redimi non poterit, set, dictis sex annis elapsis, dictam decimam potero redemere *(sic)* vel heres meus a dicto episcopo et ejus successoribus episcopis Morinensibus in quolibet festo Sancti Remigii in capite [octobris et non] in alio termino de summa pecunie supradicta, promitens fide bona [et juramento] corporaliter a me prestitis, quod contra hec in aliquo non veniam in eo quousque dictum pignus [1] durabit, per me vel per alium, et omnia bona mea per predicte fidei [juramentum prestitum] ad restitutionem faciendam custium et dampnorum omnium, si que, per me vel per mei occasionem seu alicujus ex parte mea, supradicta decima essent quoquo modo dicto episcopo vel ejus sensuario *(sic)* illata penitus obligando et de omni servicio decimam liberare durante impignoratione predicta. In cujus rei robur et testimonium, presentes litteras dicto domino episcopo tradidi sigilli mei munimine sigillatas. Actum anno domini M° CC° XL° octavo, mense marcio.

203

Invadiatio decime de Bourech facta erga dominum Balduinum [1] de Mota pro episcopo.

(1248-1249, mars).

D. pièce CCXIII. Johannes decanus et magistri, Jacobus scolasticus et Dyonisius penitentiarius Morinenses, universis presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Universitati vestre, tenore presentium, volumus esse notum quod, in nostra presentia constituti, dominus Andreas de Mota miles, Cristiana uxor ejus, Hosto frater dicti Andree, Willelmus de le Cressonniere dominus de Eskeldeke et Mabilia uxor ejus, recognoverunt et dixerunt quod de communi assensu et consensu ipsorum, predictus Andreas titulo pignoris obligaverat reverendo patri et domino P. dei gratia venerabili episcopo

[1] Le cartulaire porte ici *dictus Petrus* qui n'a aucun sens.

[1] Lisez : *Andream.*

Morinensi totam decimam suam, videlicet majorem et minutam, quam tenebat in feodum de dicto Willelmo et ejus uxore in parrochiagio de Borrech, ab instanti festo beati Remigii in capite octobris tenendam et possidendam a dicto domino episcopo vel ejus successoribus episcopis Morinensibus usque ad sex annos, pro quater viginti libris et centum solidis parisiensis monete, de quibus dictus dominus episcopus ipsi Andree jam ad plenum satisfecerat de pecunia numerata, prout idem Andreas confessus fuit coram nobis. Recognovit etiam dictus Andreas et dixit quod dicta decima redimi non poterit infra dictos sex annos, set dictis sex annis elapsis, ab ipso redimi poterat, sive ab ejus herede, in quolibet festo Sancti Remigii, de anno in annum et non in alio termino, de summa pecunie prenotata. Prefati vero Willelmus et Mabilia ejus uxor dictam impignorationem coram nobis approbantes et concedentes totum servitium, sibi ratione dicte decime debitum, omnino quictaverunt predicto domino episcopo et ejus successoribus episcopis Morinensibus, quandiu durabit dictum pignus. Promittentes eamdem decimam eidem domino episcopo contra omnes juri et legi parere, volentes fideliter garandire, tamquam dominus. Porro prenominati Andreas, Cristiana et Hosto, fide prestita corporali ab ipsis, cum juramento promiserunt quod contra hec in aliquo non venient nec aliquid in dicta decima, quamdiu dictum pignus durabit, aliqua quacumque ratione reclamabunt ; renunciantes expresse omni juris auxilio canonici et civilis et exceptioni [1] non numerate pecunie et alii omni exceptioni, si qua eis contra hec posset competere aut valere. In cujus rei testimonium et robur, nos et dictus Willelmus nobiscum, ad petitionem et rogatum dictorum Andree, Hostonis, Cristiane et Mabilie, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno domini M° CC° XL^mo octavo, mense marcio.

204

Littere abbatis et conventus Sancti Vulmari in Bolonia super concessione decime de Courtevile.

(1249, mai).

Universis presentes litteras inspecturis Walterus beati Vulmari in Bolonia humilis abbas totusque ejusdem loci conventus, salutem in domino D. pièce CCX.

[1] Le cartulaire porte : *canonice curia et exemplioni.*

sempiternam. Beneficii accepti memoria hoc exigit speciale ut donanti accipiens se reddat vicissitudine debita liberalem. Hinc est quod nos liberalitatum et beneficiorum que totiens nobis largitus est reverendus pater noster P. dei gratia Morinensis episcopus non immemores nec ingrati, dedi et concessimus ei suisque successoribus episcopis Morinensibus futuris omnes decimas bladi et avene, lini et anserum quas habebamus apud Contevile et quatuordecim solidos parisiens. pro altari ; in quibus videlicet decimis nos percipiebamus duas partes et presbiter de Conteville terciam ; volentes et concedentes quod dictus dominus episcopus et ejus successores episcopi Morinenses omnia predicta, tamquam sua propria, singulis annis de cetero quiete et pacifice percipiant in futurum ; promittentes in verbo domini, pro nobis et successoribus nostris, quod de cetero nihil reclamabimus penitus in predictis. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno domini M° CC° XL^mo nono, mense maio.

205

Quictatio garbarum de Tilleke ab advocato et advocatissa Morinensi domino Petro Morinensi episcopo facta.

(1249, 31 juin).

D. pièce CCXLIX. Arnulphus advocatus [Morinensis omnibus] presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Noverint universi quod cum discordia fuisset inter reverendum P. dei gratia Morinensem episcopum ex una parte et nos ex altera super quibusdam garbis quas dicebamus [1] nos debere percipere jure [2] hereditario, singulis annis, in quolibet moncello garbarum decime de [Tilleke] tam in predicti episcopi quam in parte aliorum qui ibi habent decimas, dicto episcopo *in* contrarium asserente [3] ; tandem nos pacem et dilectionem dicti domini episcopi viribus [omnibus] affectantes, omne jus tam possessorium quam petitorium [4], si quid nobis, in perceptione dictarum garbarum, quocumque modo competebat vel competere poterat, dicto domino episcopo et ejus successoribus episcopis Morinen-

[1] Le texte porte : *debebamus*.
[2] Le texte porte : *viro*.
[3] Il faut supprimer *in*, ou supposer l'omission d'une phrase.
[4] Le texte porte : *proprietarium*.

sibus, quantum ad partem ipsius episcopi, omnino quictavimus et per cerotecam nostram in manu dicti domini episcopi resignavimus. Ego vero Beatrix, uxor dicti advocati, quictationi et resignationi predictis benigne consentiens, omne jus quod habebam vel habere poteram in predictis, ad exemplum dicti mariti mei, eidem domino episcopo et ejus successoribus quitavi et per cerotecam meam in manu predicti episcopi resignavi, promittens fide data quod in predictis, quantum ad partem dicti episcopi pertinent, sive ratione dotalicii, sive alio modo, nihil de cetero reclamabo. In cujus rei testimonium, nos predicti Arnulphus et Beatrix presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec, presentibus David Hamensi et Bartholomeo beate Marie Boloniensis abbatibus, Radulpho archidiacono Flandrie, Jacobo scolastico Morinensi, magistro Roberto dicto Brunel, canonico Morinensi, magistris Johanne..... Symone de Aurelianis, et Willelmo dicto Monacho milite, et pluribus aliis. Anno domini M° CC° XL^mo nono, ultima die mensis maii.

306

De pignore decime domini Jacobi de Becouth apud Bouvelinghem.

(1249, juillet).

Ego Jacobus de Bouvelinghem, milles, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis quod dominus Jacobus de Becouth, miles, homo meus ligius, de consensu et assensu meo, invadiavit, erga reverendum patrem et dominum dei gratia venerabilem episcopum Morinensem, totam decimam suam sitam in parrochiagio de Bovelinghem quam de me tenebat in feodum, de qua etiam dictus dominus episcopus supremus est dominus, pro sexaginta libris parisiensis monete de quibus dictus Jacobus coram me recognovit sibi esse satisfactum ad plenum, in pecunia numerata, tali tamen conditione apposita, quod dicta decima redimi non poterit infra sex annos continuos proximo venturos ab instanti festo beati Remigii de anno in annum et non in alio termino, per dictum Jacobum sive per ejus heredem, a prenominato episcopo sive a successoribus ejus Morinensibus episcopis, fructibus dicte decime medio tempore et durante pignore perceptis et percipiendis in sortem minime computandis. Ego vero tamquam dominus, promisi dictam decimam dicto domino episcopo et ejus succes- D. pièce CCLIII.

soribus episcopis Morinensibus, durante pignore, contra omnes ac etiam contra Henricum filium et hominem dicti Jacobi legitime ac fideliter garandizare. Promisi siquidem me sive heredem meum non posse aliquid in dicta decima, ratione servitii aut alio quocumque modo, petere aut reclamare quamdiu duraverit dictum pignus. Et ut predicta rata permaneant, in testimonium premissorum ego et prefatus Jacobus homo meus ac etiam Gillebertus filius et heres meus prenominato domino episcopo presentes litteras tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno domini M° CC° XL^mo nono, mense julii.

207

De XL libris datis ab episcopo, pro anima Ade episcopi distribuendis, feria II^a post octavas Pasche.

(1249, août).

A. pièce CCXLI. Decanus et capitulum Morinense, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod reverendus pater et dominus P. dei gratia Morinensis episcopus, non immemor beneficiorum que per pie recordationis A. dei gratia predecessorem suum fuerat assecutus, desiderans aliquid instituere dignum memoria et in perpetuum duraturum [1], inter alias elemosinas quas pia devotio ipsius, pro salute anime dicti predecessoris sui, duxerat [2] erogandas, contulit nobis et ecclesie nostre, nomine elemosine, quadraginta libras parisiens. pro redditibus acquirendis ; quibus acquisitis fieret de ipsis distributio tam canonicis quam aliis in coro ecclesie nostre, illis [3] videlicet quos presentes in veste nuptiali contingerit interesse, feria secunda post octavas Pasche, memoriaque fiet solempniter in ecclesia nostra, pro salute anime dicti A. episcopi, secundum quod dictus venerabilis pater voluerit ordinare. Hoc autem promisimus bona fide quod dictos redditus acquiremus quam cito obtulerit se facultas ; nichilominus interim dictam memoriam solempniter celebrari et dictam distributionem de nostro ad valorem quatuor librarum faciemus fieri dicto modo : non tamen intendimus quod per ver-

[1] Le cartulaire porte : *duraturatum*.
[2] Le cartulaire porte : *dixerat*.
[3] Le cartulaire porte : *illius*.

bum istud : in veste nuptiali, prejudicium generetur magistro Galtero Francigene, quin percipiat secundum quod in aliis distributionibus percipere consuerat. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras sigilli nostri communis duximus roborandas. Actum anno dominice incarnationis M° CC° [XL°] nono, mense augusto.

208

Littere de XXIII marchis parisiens. mutuatis Hugoni de Wima a P. quondam episcopo Morinensi ad luendam terram suam quam vendidit eidem episcopo.

(1249-1250, 8 février).

Universis presentes litteras inspecturis, Radulphus archidiaconus Morinensis ecclesie in Flandria [et] Johannes Liprés ejusdem ecclesie capellanus, salutem in omnium salvatore. Noverint universi quod Hugo de Wima, homo ligius domini episcopi Morinensis, coram nobis paribus suis et coram pluribus aliis ad [hoc] specialiter evocatis, publice recognovit quod ipse tenetur reverendo patri P. dei gratia venerabili episcopo Morinensi in viginti tribus marchis parisiens. quas idem episcopus ei liberaliter commendavit in pecunia numerata, ad redimendum a leprosis Morinensibus terram suam quam vendidit ipsi domino Morinensi, tali modo quod, quacumque die, post instans festum sancti Remigii, ex parte dicti domini episcopi, idem Hugo fuerit requisitus, tenetur eas reddere indilate et de hoc faciendo posuit in abandonem et pignus totam terram suam de Wima quam tenet [ab] eodem domino episcopo Morinensi. Insuper, ad [1] securitatem majorem, Egidius frater ejus, per abandonem rerum suarum, et [2] Gillebertus de Inkenegate plegios se fecerunt pro ipso, erga eumdem dominum episcopum de dicta pecunia sic reddenda, et Johannes de Caffort quem plegiare non poterat, ut dicebat, de dicta pecunia debitum suum fecit. Porro, quia Gillebertus predictus non est homo ejusdem domini Morinensis, obligavit se ad hoc quod si dictus Hugo non solveret dictam pecuniam prout superius est expressum, queret prisonam apud Morinum quacumque die post dictum festum sancti Remigii inde submo-

D pièce CCXLVII.

[1] Le texte porte *quod* au lieu de *ad*.

[2] Le texte porte *se* au lieu de *et*.

nitus fuerit ab eodem domino Morinensi, quoadusque satisfactum ei foret de pecunia antedicta. Nos igitur Hugo de Wima predictus et Felicia uxor mea scire volumus universos quod omnia premissa vera sunt [et] quod ad liberationem predictorum, Gilleberti, Egidii et Johannis nos obligavimus, fide prestita corporali. In quorum omnium testimonium et munimen, tam nos R. archidiaconus, Johannes Liprés, quam nos Hugo et Felicia presentes litteras sigillorum nostrurum munimine duximus roborandas. Datum in crastino cinerum anno domini M° CC° XL^mo nono, mense [februario].

209

Littere super venditione totius terre Hugonis de Wima site inter civitatem Morinensem et domum leprosorum Morinensium etc.

(1249-1250, février).

D pièce CCXLII. Universis presentes litteras inspecturis, R[adulphus] Morinensis archidiaconus in Flandria et Johannes Liprés capellanus ecclesie Morinensis, salutem in omnium salvatore. Noverint universi quod Hugo de Wima, par noster, homo ligius domini episcopi Morinensis, pro dampno suo vitando et pro tam sua quam uxoris sue Felicie utilitate communi, vendidit bene et legitime, coram nobis et per nos, reverendo patri P. dei gratia venerabili Morinensi episcopo totam terram suam sitam in una pecia inter civitatem Morinensem et domum leprosorum Morinensium omnesque hospites sive tenentes suos consistentes in vico qui vulgaliter nuncupatur: *la rue Sainct Homer en gué* et in vico qui dicitur : *la rue de Ascle,* cum redditibus, stallagiis, et obnoxietatibus universis in quibus tenebantur ipsi Hugoni et etiam illum tenentem qui tenebat de ipso Hugone unam mensuram terre juxta ulmum qui ad presens extra civitatem Morinensem [est] versus domum leprosorum superius nominatam, cum redditu similiter et obnoxietate in quibus tenebatur ipsi Hugoni, que omnia in feodum idem Hugo tenebat de sepedicto domino episcopo Morinensi, totumque dominium quod habebat et habere poterat ipse Hugo in omnibus supradictis, ita quod omnino nichil sibi retinuit in eisdem. Recepit autem Hugo predictus ab eodem domino Morinensi episcopo ducentas quadraginta libras parisiens. pro venditione predicta de quibus ipse se tenuit pro pagato.

Porro predicta Felicia uxor ejus venditioni superius nominate assensum suum spontanea prebuit coram nobis, et, fide prestita corporali, promisit quod, ipsa ratione dotalicii seu alia ratione, nihil in premissis omnibus vel in aliquo premissorum, per se vel per alium, imposterum reclamabit, et quod erit quoque contenta restitutione viginti librarum terre Warini patris [1] ipsius Hugonis, pro quibus acquirendis et redimendis facta est ipsa venditio et pecunia hic precepta. Preterea Egidius frater ipsius Hugonis venditionem predictam, nobis astantibus, approbavit fidemque prestitit corporalem quod nihil reclamabit in posterum in premissis, quodque occasione venditionis predicte nec dominum Morinensem episcopum nec successores ipsius Morinenses episcopos molestabit. Hiis itaque rite factis, dicti Hugo et Felicia, per dictum nostrum et per dictum hominem curie qui astabant, sic vendita legitione werpiverunt in manu ejusdem domini episcopi Morinensis et nihilominus idem Hugo fidem [2] prestitit corporalem quod contra premissa non veniret in futurum. Nos igitur, tamquam pares ipsius Hugonis, hiis omnibus assistentes et prout decuit requisiti ut judicaremus et diceremus utrum in rebus sic venditis bene ac legittime esset dictus episcopus Morinensis, de consilio hominum curie qui astabant, judicavimus et diximus quod idem dominus Morinensis episcopus erat bene ac legittime in eisdem et quod dicti Hugo et Felicia in hiis de cetero nihil habebant. Hiis omnibus interfuimus nos magister Dyonisius penitenciarius, Renaldus miles de Lens, Johannes de Bechouth, Gillebertus Remons, Michael de Assonwille, Daniel de Salicto, Johannes de Caffort, Johannes de Maumez et Willelmus de Maupaiez, homines curie domini episcopi Morinensis et testimonium perhibemus prout superius expressum [3]. Nos vero J. decanus, magister H. cantor Morinensis, G. Sancti Augustini Morinensis, S. Doudelville [4] abbates, G. prior Sancti Johannis Morinensis et J. decanus cristianitatis de Lileriis [5], hiis similiter interfuimus et eis testimonium similiter perhibemus. Ceterum nos N. archidiaconus et Johannes Liprés, pares superius nominati, scire iterum volumus universos quod Johannes frater dictorum Hugonis et Egidii coram nobis assensum suum prebuit venditioni predicte, et, fide prestita corporali, promisit quod

[1] Le texte porte : *partis*.
[2] Le texte porte : *adem* au lieu de *fidem*.
[3] Le texte porte : *expressa*.
[4] Ce qu'il y a dans le texte est inintelligible : *S Laude F. ville*. Plus bas se trouve la véritable leçon.
[5] Le texte porte : *Liberiis*.

contra ea que superius sunt expressa non veniet in futurum. Hoc vidimus et audivimus, nos S. abbas Doudelvile, magistri H. cantor et S. scolasticus et Michael de Fienles canonici Morinenses et Johannes Caffort homo curie assensusque dicti Johannis ac ejus fideidatorum super premissis testimonium perhibemus. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, hoc omnes superius nominati et specialiter nos Hugo et Felicia presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum anno dominice incarnationis M° CC° XL^mo nono, mense februario.

210

[*De anniversario Petri episcopi Morinensis*].

(1252-1253, mars).

B[2]. Universis Cristi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis et audituris, Johannes decanus Morinensis, Ghillebertus Sancti Bertini et Bartholomeus Sancte Marie in Bolonia dei permissione abbates, executores testamenti pie recordationis Petri quondam Morinensis episcopi, salutem in omnium salvatorem. Universitati vestre tenore presentium volumus esse notum quod, inter alias elemosinas quas in ecclesia Morinensi pia devotio predicti duxit liberaliter erogandas, nos, pro remedio et salute anime ipsius, volentes aliquid instituere dignum memoria et in perpetuum duraturum, in predicta ecclesia Morinensi anniversarium pro ipso Petro duximus statuendum, volentes et statuentes quod in vigilia et in die predicti anniversarii, quod fieri debet annuatim in vigilia annuntiationis dominice, fiat distributio in dicta ecclesia prout est inferius annotatum, videlicet in hunc modum : conferantur cuilibet canonico Morinensis ecclesie personaliter existenti in dicta ecclesia, ad vigiliam dicti anniversarii duos solidos parisiens. et in die ad missam quinque solidos, etc., etc., *(sic)*. Datum anno domini millesimo ducentesimo, quinquagesimo secundo, mense martio.

211

De particione parrochialium ecclesiarum cuilibet assignato canonico et earumdem presentacione.

(1252, avril).

Radulphus dei gracia Morinensis episcopus universis presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Universitati vestre tenore presentium volumus esse notum quod nos litteras virorum venerabilium decani et capituli Morinensis, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua parte sui vitiatas vidimus et inspeximus sub hac forma : D. pièce CXCI.

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris, Johannes decanus et capitulum Morinense salutem in domino. Universitati vestre significamus et notum fieri volumus quod nos, de communi consensu capituli nostri Morinensis, viris venerabilibus et discretis Johanni decano et magistro Dyonisio penitentiario Morinensi dedimus et concessimus, pro bono et pace et utilitate ecclesie nostre Morinensis, plenariam et liberam potestatem dividendi et partiendi canonicis Morinensibus parrochias omnes nostras in quibus capitulum Morinense habet jus patronatus, prout melius eisdem decano et penitentiario predictis videbitur expedire ; ita quoad omnes parrochias nostras predictas de cetero vocaturas, in quibus hucusque totius capituli consensus solebat esse necessarius et requiri, quilibet canonicus Morinensis per se, excepto preposito Sancti Audomari, habebit de cetero jus patronatus et jus plenarium et liberum presentandi ad omnes et singulas parrochias predictas vacaturas que sibi accident, secundum predictam divisionem et particionem decani et penitentiarii predictorum. Ut autem predicta omnino rata et firma permaneant in perpetuum, presentem cartulam, de communi consensu capituli nostri Morinensis, sigillorum presenti appensione fecimus corroborari. Datum anno incarnationis dominice M° CC° quinquagesimo secundo, mense aprili.

212

Item divisio et particio ecclesiarum parrochialium a dictis decano et penitentiario facta, auctoritate prescriptarum litterarum, talis est et sigillata ipsorum decani et capituli ac etiam virorum venerabilium decani ecclesie Morinensis supradicti, archidyaconi Flandrensis, prepositi Furnensis, canonici Morinensis et penitentiarii Morinensis [*sigillis*].

(1254, mai).

D. pièce CXCI. Decanus Morinensis presentat jure patronatus ad parochiam de Bournonville et ad parrochiam de Ebes. Thesaurarius Morinensis, ad parrochiam de Nieles et Authenghes et de Balliolo in Flandria. Radulphus Fores, ad parochiam de Runescure et de Matringhem. Magister Theobaldus de Ulmeto, ad parrochiam de Dohen et de Landretun. Arnulphus de Bruges, ad parrochiam de Audrewic et de Biernes. Odardus de Ulmeto : Sperleke, Delettes. Archidiaconus Boloniensis : Hondesberc, Houle. Petrus de Advocatis : Deverne, Neum, Willinghem. Radulphus Aurelianensis : Castres, Louches, Moule. Magister Dyonisis de Tervanis : Fraitum, Rodelinghem. Magister R. Burnellus : Pollinchove, Lonvillers. G. de Mitteri : Tenen-Capella, Preure. Petrus de Orcheus : Pepelinghes, Luerestede [1], Rokestor. Michael de Fienles : Lumbres, Crostes, Pieremont. Magister Th. de Manubria : Maullinghen, Bommi. Cantor : Wavrans, Rumilli. Penitentiarius : Aumetes, Blaringhem et Auchi in Bosco. Dominus Adam Parenti : Niedon, Mons et Monchiaus. Scolasticus : Hersiele et Bourtes [2]. Archidiaconus Flandrie : Wallonis Capella, Elske et Niedonchel. Odo miles : Pitekam Winochi, Reminghem. Guido de Folliano : Willewingue, Pitkam Willelmi. Magister J. de Novo Vico : Wimille, Wime. Joannes Gentils : Eke, Ligni. P. de Papa : Westoutre, Fienles. Cancellarius Meldensis : Houkke, Tournehem. R. de Columpna : Liestes, Lenzeus. Cantor Belvacensis : Wilre, Blekin. P. Albanensis : Dostreville, Dihem in Ghisnesio, Sancti Johannis Capella. Cantor Meldensis : Elenbon, Ligni et Marchais. Th. de Vilers : Hueringhem, Clenleu. Magister P. de Armentières quondam thesaurarius : Ghimi, Lanfosse. Guido de Orcheus : Campaignes,

[1] Lisez : *Kierestede*.

[2] Le texte porte : *Bourdes*.

Bailloeul juxta Pernes. Bonifacius : Yseke et Zerminghezeele. Rollandus : Surkes, Biscopen.

Nos vero divisioni dictarum parrochiarum ad petitionem dictorum decani et capituli, pro bono pacis, quia nobis et ecclesie Morinensi utile est et expediens, assensum prebuimus et consensum, et ordinationem supradictam divisione factam, ut superius est expressum, quantum in nobis confirmamus. In cujus rei testimonium et ut firmum et stabile in posterum habeatur, sigillum nostrum presentibus litteris fecimus apponi. Datum anno domini M° CC° quinquagesimo quarto, mense maio.

218

De emptione decime de Kierestede a Boidino de Hames.

(1255, 1er avril).

Universis presentes litteras inspecturis magister Johannes de Lauduno, canonicus et officialis Morinensis salutem in domino. Notum facimus quod in presentia nostra propter hoc personaliter constituti, Boidinus de Hames, Elizabeth ejus uxor et Arnulphus eorum filius primogenitus et heres, recognoverunt se vendidisse et legitime werpivisse ad legem et secundum usus et consuetudinem patrie, decano et capitulo Morinensi totam decimam quam idem Boidinus habebat apud Kierestede et quam ipse tenebat in feodum a Lamberto de Kierestede, dictis decano et capitulo hereditarie et in perpetuum possidendam ab omni servicio, relevio, domimo et exactione liberam et immunem pro tringinta *(sic)* libris parisiens. de quibus ipsi recognoverunt sibi esse satisfactum a dictis decano et capitulo in pecunia numerata, promittentes, fide et juramento super hoc corporaliter prestitis, quod ipsi in dicta decima aliquid in posterum non reclamabunt per se vel per alios reclamari procurabunt, immo teneant, et promiserunt se dictos decanum et capitulum contra omnes conservare indempnes et, quantum in se est, predictam decimam eisdem in perpetuum garandire ab omni servicio, relivio, dominio et exactione liberam et immunem. Ceterum dicta Elizabeth uxor dicti Boidini, spontanea, non coacta, quictavit coram nobis dictis decano et capitulo totam dotem quam ipsa habebat vel habere poterat in futurum in dicta decima et renunciavit omni juri quod ipsa habebat vel habere poterat in eadem ; promittens, sub

D. pièce CXCII.

dictis fide et juramento quod ipsa aliquam dotem non reclamabit in dicta decima nec reclamari procurabit. Preterea dictus Lambertus, dominus dicti Boidini, coram nobis personaliter constitutus, promisit se dictam decimam dictis decano et capitulo, sine servicio, relivio, talia et exactione qualibet, contra omnes, quatenus in se est, legitime garandire, et quitabit eisdem totum servicium et omnia alia que sibi debentur pro dicta decima. Et sciendum est quod dicti Lambertus, Boidinus, Elizabeth et Arnulphus expresse renunciaverunt coram nobis, quantum ad predicta, omni exceptioni doli mali, non numerate pecunie, non tradite, non solute, omni auxilio juris canonici et civilis, omnibus actionibus, exceptionibus, beneficiis, juribus, indulgentiis, et privilegiis et omnibus aliis que sibi possent prodesse quantum ad predicta et dictis decano et capitulo obesse, se heredes suos et omnia bona sua mobilia et immobilia, ad omnia predicta et singula firmiter tenenda et adimplenda, specialiter obligando. In cujus rei testimonium et ut firmum et stabile in posterum habeatur, nos predicta omnia et singula confirmantes et approbantes, quantum in nobis est, ad petitionem dictorum Lamberti, Boidini, Elizabeth et Arnulphi, presentibus litteris sigillum curie Morinensis fecimus apponi. Datum anno domini M° CC° quinquagesimo quinto, feria quinta post diem resurectionis dominice.

214

[*Arrêt du Parlement interdisant au chapitre de faire sonner la cloche pour appeler au travail ses ouvriers ou pour faire cesser ce travail, privilége réservé à l'évêque seul. — Extraits*].

(1260-1261, 24 mars).

E. pièce 12. .....

Licet dictus episcopus esset et sit dominus ville et civitatis Morinensis, tam in spirituatibus quam in temporalibus, haberet que legem, communiam, ballivum et scabinos, per quos cum jure suo communi facit eswardos, ordinationes, statuta, crida, proclamationes, edicta et afforamenta, traditque cursum omnibus denariatis et mercaturis, tenetque suam villam, legem, scabinos, burgenses et habitantes sub eo in corpore et unione, facitque seu fieri facit assambleas seu congregationes per cridum, pro-

clamationem, ant ad sonum campane, quotiens sibi placuit atque placet, per suos vicarios atque gentes, et quod omnes habitantes, venientes et frequentantes in dicta villa obedierant et compulsi fuerant obedire ordinationibus, edictis, eswardis et statutis ipsius episcopi, vicariorum, officiariorum, gentium suorum atque legis sue, per quam omnes generales res utiles et necessarie ad gubernamentum dicte ville gubernate fuerant et deducte ; habetque dictus episcopus in dicta sua villa et civitate plura ministeria et operarios plurium ministeriorum qui et que, ad eswardum et introductionem dicti episcopi et officiariorum suorum, faciunt seu dimittunt operas seu ministeria sua, ad horas et tempora que precipiuntur eisdem, per cridum seu sonum campane, et de his omnibus fuerat et erat dictus episcopus, solus et in solidum per se et predecessorum officiarios suos et gentes, in possessione et saisina pacifice et quiete a tanto tempore quod de contrario memoria hominum non exstabat. .....

Datum Parisius, in parlamento nostro, die vigesima quarta martii, anno domini M° CC° sexagesimo. Sic signatum : per arrestum curie, Trevel.

215

Quod neque decanus neque canonici Morinenses sint corrigibiles ab episcopo.

(1261, 9 avril. — 1262, 12 mai).

Universis presentes litteras inspecturis magister Nicholaus dictus Panetarius, regens Parisius in decretis, canonicus Baiocensis, subdelegatus a venerabili viro magistro Geraudo de Abbatisvilla, regente Parisius in theologia, archidyacono ecclesie Ambianensis in Pontivo, judici a domino pappa *(sic)* delegato, et magister Thomas dictus Canipulus, canonicus Sancti Firmini confessoris Ambianensis, subdelegatus a viro venerabili preposito ecclesie Ambianensis, ejusdem conjudice, abbate Alchiacensi vices gerente viri venerabilis cantoris Ambianensis, tertii college eorum sufficienter excusato, salutem in domino. Noveritis nos litteras domini pape vidisse in hec verba : A[1]. pièce CLXXVI.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis preposito, cantori et archidyacono in Pontivo Ambianensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis capitulum ecclesie Morinensis petitione mons-

travit quod, licet ad ipsum tantum excessus decani et canonicorum ecclesie ejusdem, inquisitio et eorundem correctio, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, pertinere noscantur, nichilominus venerabilis frater noster episcopus Morinensis, asserens decanum ipsius ecclesie quosdam excessus commisisse ac super hoc sibi indebite jurisdictionem usurpans, contra ipsum super hoc ad inquisitionem descendit, in ipsius capituli prejudicium et gravamen, quanquam iidem super hoc non existerent negligentes ; propter quod ipsi ad nostram audientiam appellarunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum et nichilominus exequantur. Datum Laterani, V° idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Auctoritate quarum, viri venerabiles decanus et capitulum Morinense et specialiter canonici Morinenses, eidem decano adherentes, predictum venerabilem patrem episcopum Morinensem coram dictis judicibus evocantes petitionem suam contra eum ediderunt in hec verba :

Dicunt et proponunt decanus et capitulum Morinense et specialiter canonici Morinenses eidem decano adherentes, tam nomine suo quam nomine ecclesie et capituli Morinensis, contra venerabilem patrem Radulphum episcopum Morinensem, quod, cum ad ipsos tantum excessuum decani et canonicorum ejusdem ecclesie inquisitio et eorum correctio, de antiqua et hactenus pacifice observata consuetudine, pertinere dinoscatur, dictus episcopus Morinensis asserens pro voluntate sua ipsum decanum quosdam excessus commisisse ac super hoc jurisdictionem indebite usurpans, contra ipsum super hoc ad inquisitionem descendit, in ipsius capituli et canonicorum prejudicium et gravamen, licet iidem super hoc non existerent negligentes. Propter quod ipsi, sentientes in hoc se gravatos, sedem apostolicam appellarunt in scriptis, tam nomine singulorum quam capituli memorati. Cumque postmodum idem episcopus, non obstante dicta appellatione eorum legitima, et post ipsam appellationem, eandem contemnens, processit in inquisitione contra dictum decanum et, virtute

talis inquisitionis, ipsum decanum decanatu dignitate et beneficiis que obtinebat in civitate et dyocesi Morinensi, et specialiter procuratione quam obtinebat ab ipso episcopo privavit de facto, nec non ipsum et sibi adherentes, per civitatem et dyocesim Morinensem, publice excommunicavit et excommunicari mandavit post appellationem predictam. Preterea dictus episcopus subtraxit et fecit subtrahi dictis decano et canonicis sigillum curie Morinensis, denegari faciendo litteras eorum sigillari, nisi solvant pecuniam ; quod nullatenus ante dictam appellationem facere consueverunt et essent in possessione libertatis non solvendi pecuniam pro sigillo in negotiis et causis suis. Quare, petunt dicti decanus et capitulum et specialiter canonici ipsi decano adherentes, tam suo nomine quam capituli et ecclesie predicte, dictam appellationem canonicam pronunciari et quicquid sequtum est denunciari non tenere ac etiam irritari per vos et revocari, et quedam alia que idem episcopus attemptavit post appellationem predictam petunt revocari et cetera que in dicta petitione continentur. Lite ergo super hiis legitime contestata, et jurato de calumpnia sive de veritate dicenda a Bernardo de Bernardivilla, clerico, procuratore dictorum decani et capituli et canonicorum Morinensium, habente super hoc potestatem et mandatum speciale, presente Petro de Templo Martis, procuratore dicti episcopi pluries requisito et jurare recusante, receptis ex habundanti testibus ex parte decani et capituli et canonicorum, productis, juratis et diligenter examinatis, ipso episcopo et ejus procuratore ad hoc canonice evocato, eorumque depositionibus publicatis, citato dicto episcopo et ejus procuratore et se contumaciter absente ; ipsoque episcopo iterum vocato et ejus procuratore ad recipiendum copiam attestationum dictorum testium et instrumentorum in modum probationis exhibitorum si vellet, et ad dicendum in testes et dicta testium et contra instrumenta predicta, ipsoque per contumaciam absente ; vocato iterum eodem episcopo semel, secundo et tercio, ad audiendum diffinitivam sententiam secundum anteacta, ipso semper episcopo absente per contumaciam et in sua perseverente contumatia ; demum, ipso episcopo citato preceptorie ad feriam quintam post festum beati Michaelis archangeli, procuratore dictorum decani, capituli et canonicorum Morinensium presente coram nobis dicta die, et dictam sententiam diffinitivam a nobis ferri cum instancia postulante, ipsoque episcopo per contumaciam absente, omnibus rite actis ; nos, visis actis judicii ac eisdem diligenter inspectis, de proborum viro-

rum et jurisperitorum consilio, per diffinitivam sententiam, appellationem dictorum decani et capituli et canonicorum Morinensium in predicta petitione contentam, canonicam et ipsos canonice appellasse pronunciamus et quicquid a dicto episcopo vel ejus auctoritate attemptatum contra dictos decanum, capitulum, ecclesiam Morinensem et canonicos et specialiter ea que in petitione predicta et in processu negotii declarata sunt et probata in prejudicium nostre jurisdictionis attemptate, quassamus, revocamus, irritamus et eadem quassa, inania et irrita et non valere, per eandem sententiam, duximus decernendum ; ipsum nichilominus episcopum parti adverse in expensis legitimis factis in lite habita inter eos condempnantes, eorum taxationem et adjudicationem nobis reservantes. In cujus rei testimonium presentes litteras confici fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo feria quinta post festum beati Michaelis arcangeli.

Item, universis presentes litteras inspecturis, magister Nicholaus dictus Panetarius, regens Parisius in decretis, canonicus Baiocensis, subdelegatus a viro venerabili magistro G. de Abbatisvilla, regente Parisius in theologia, archidiacono ecclesie Ambianensis in Pontivo, judice a domino papa delegato, et magister Thomas dictus Canipulus, canonicus Sancti Firmini confessoris Ambianensis, subdelegatus a venerabili viro preposito ecclesie Ambianensis ejus conjudice ; abbate de Alchiaco vices gerente viri venerabilis cantoris Ambianensis, tercii college eorum sufficienter excusati, salutem in domino. Noveritis nos litteras domini pape vidisse in hec verba :

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis preposito, cantori et archidiacono in Pontivo Ambianensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii magister Johannes de Lauduno decanus et capitulum ecclesie Morinensis petitione monstrarunt quod, cum ad ipsum capitulum dumtaxat, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, compellere canonicos ac personatus et dignitates in ipsa ecclesia obtinentes, nec non capellanos et clericos ecclesie supradicte ad suscipiendum sacros ordines pertinere noscatur, quia venerabilis frater noster episcopus Morinensis ipsum J., quem dictum capitulum in suum decanum duxerit eligendum et Johannem de Magnicourt capellanum ejusdem ecclesie ad suscipiendum sacros ordines contra justiciam compellebat in ipsorum capituli prejudicium et gravamen, quamquam ipsi

super hoc non essent aliquatenus negligentes, iidem decanus et capitulum ad nostram audienciam appellarunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione apostolica statuatis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani, V° kal. aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Auctoritate quarum viri venerabiles decanus, capitulum Morinense et specialiter canonici Morinenses, eidem decano adherentes, predictum venerabilem patrem episcopum Morinensem coram dictis judicibus evocantes, peticionem suam contra eum ediderunt in hec verba :

Dicunt Johannes de Lauduno decanus, capitulum Morinense et specialiter canonici Morinenses dicto decano adherentes in hac parte contra reverendum patrem Radulphum Morinensem episcopum quod cum ad ipsum capitulum dumtaxat, de antiqua approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, compellere canonicos ac personatus et dignitates in ipsa ecclesia optinentes, nec non capellanos et clericos ecclesie supradicte ad suscipiendum sacros ordines pertinere dinoscatur, idem episcopus Morinensis pro voluntate sua, ipsum Johannem quem dictum capitulum in suum decanum duxerunt eligendum et Johannem de Magnicourt capellanum ejusdem ecclesie ad suscipiendum sacros ordines, contra justiciam, compellebat, in ipsorum capituli prejudicium et gravamen, quamquam ipsi non essent super hoc aliquatenus negligentes ; propter quod, iidem decanus et capitulum et maxime adherentes dicto decano, sentientes se gravatos in premissis, ad sedem apostolicam appellarunt in scriptis. Quare petunt dictam appellationem canonicam pronunciari et quicquid secutum est denunciari non tenere. Hec dicunt et petunt, salvo sibi in omnibus juris beneficio et cetera prout in dicta petitione continetur. Lite ergo super hiis legitime contestata, etc. *Voyez plus haut p. 179 la sentence rendue exactement dans les mêmes termes. La pièce se termine ainsi :* Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, feria quinta post festum beati Michaelis arcangeli predicta.

216

De pace facta inter episcopum et Gerardum Hotes super theloneo quod dictus Gerardus volebat habere in domo sua apud Falcobergam et de excambio sibi assignato.

(1263-1264, mars).

D. pièce CCIII. Petrus dei gratia Morinensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis vel audituris, salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum controversia verteretur inter nos ex una parte et Gerardum Hotel ex altera, super eo quod idem Gerardus dicebat se habere theloneum, bouagium, foragium, introitum, exitum, omnem justiciam et omnia jura que dominus debet habere in hospitibus et tenentibus suis, in tenemento quod idem Gerardus habebat apud Falcobergam, quod tenementum fuit quondam Petri de Laicus ..... quod idem Gerardus acquisierat predictum tenementum cum hospitibus predicti Petri, qui predictum tenementum, cum omni justicia, juribus predictis, per quandam ..... meam sitam quondam super quibusdam altaribus inter antecessores nostros et antecessores parrochiarum heredum, qui, modo predicto, secundum conventionem predicte permutationis, dictum tenementum debeant tenere tanquam francum allodium, super certo redditu. Que omnia tenuerat possederat et habuerat predictus Gerardus et ejus predecessores per quadraginta annos et amplius, ut asserebat ; nobis premissa negantibus et dicentibus quod cum predictum tenementum non teneret a nobis in feodum, set sub annuo redditu, premissa, secundum legem patrie, habere non poterat in dicto tenemento, immo ad nos, tamquam ad superiorem dominum, debebant pertinere, presertim cum Petrus de Scopo, qui emit predictum tenementum cum hospitibus, in emptione et werpitione dicti tenementi noluit facere servicium servienti nostro, quod sit vel datur de franco tenemento, immo intravit et recepit dictum tenementum per scabinos nostros, dicens quod nolebat dictum tenementum tenere franco modo, set tamquam terram censualem, et dictus Girardus teneret sub modo et forma predictis sub quibus dictus Petrus de Scopo ipsum acquisierat et receperat. Tandem, mediantibus bonis viris, nos et dictus Girardus compromisimus in arbitros, scilicet in Willelmum, decanum ecclesie beate Marie de

Falcoberga, magistrum Petrum Blondelli canonicum Morinensem, Willelmum baillivum de Falcoberga, fratrem dicti Girardi, Johannem de Nieles et Johannem dictum Gallum, sub pena centum librarum parisiensium parti observanti arbitrium a parte resiliente reddendarum, in hunc modum, quod quicquid dicti arbitri decernent et ordinarent permutando terras, redditus nostros ad predictum tenementum cum hospitibus, juribus predictis et redditibus, ratum et firmum haberemus. Cui compromissioni Willelmus Hostiaus filius dicti Gerardi consensit, promittens, sub pena centum librarum parisiensium, quod ipsam haberet et inviolabiliter observaret. Dicti vero arbitri, onere compromissionis in se recepto, arbitrium sive dictum suum de bonorum virorum consilio, in hunc modum protulerunt : quod nos et successores nostri haberemus de cetero dictum tenementum et hospites cum theloneo, bouagio, foragio, introitu, exitu, omni justicia et dominio quod dictus debet habere in hospitibus et tenentibus suis, necnon et redditus omnes quos dictus Girardus habebat in dicto tenemento et hospitibus dicti tenementi, scilicet undecim quarterios bladi, septem solidos parisiens., duodecim capones et duas gallinas. Et in excambium predictorum habebit idem Girardus et omnes successores perpetuo quatuor mensuras terre nostre site ante culturam Atri de Buedinghem in Campania et novem mensuras similiter terre nostre in valle que dicitur Vallis Episcopi in Campania et erit liberatus nichilominus a tenagio duarum mensurarum terre et tercie partis unius mensure terre site juxta quatuor mensuras predictas, scilicet ante culturam atrii, et insuper uno quarterio bladi quod debebat idem Girardus nobis annuatim de terra que fuit Petri Cotiele. Et hec omnia supradicta tenebunt idem Girardus et ejus successores vel heredes a nobis et successoribus nostris, ab omni servicio, redditu et relevagio quita et libera alio dominio et justicia et jure venditionis quod ad dominum pertineret, si totam terram vel partem vendi contingeret, penes nos et successores nostros remanentibus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum una cum sigillis predictorum decani, magistri Petri, et Willelmi baillivi de Falcoberga, et etiam cum sigillo Willelmi Hotel, filii predicti Girardi, fecimus apponi. Actum [anno] dominice incarnationis M° CC° LX^mo tercio, mense marcio.

217

Littere de decima de Grandisartu in territorio de Yberga decano et capitulo spectante.

(1270, 3 août).

D. pièce CLXXXVII. Universis presentes litteras inspecturis, officialis Morinensis sedis vacantis, salutem in domino. Notum facimus quod, in nostra propter hoc presentia constitutus, Johannes dictus de Burgo, clericus, procurator virorum religiosorum abbatis et conventus Arouasie, per litteras eorumdem, recognovit coram nobis se restituisse decem et octo garbas bladi et viginti tres wazatas vecie decime de Grandisartu site in territorio de Yberga, viris venerabilibus et discretis decano et capitulo Morinensi de quibus blado et veciis ipse Johannes de mandato dictorum abbatis et conventus, ut dicebat, spoliaverat predictos decanum et capitulum ac etiam restituit coram nobis predictos decanum et capitulum ad possessionem suam percipienda premissa, prout consueverunt in decima predicta; promittens predictus Johannes, sub pena decem librarum parisiens., quod de dicta decima, in dicto loco de Grandisartu, aliquid de cetero non asportabit nec asportari procurabit in futurum. Datum anno domini M° CC° LXX^mo^, feria tercia post festum beati Petri ad vincula.

218

Littera de venditione molendini de Alekina.

(1271, décembre).

D. pièce CCXXX. Universis presentes litteras inspecturis officialis sedis vacantis Morinensis salutem in domino ; notum facimus quod, in nostra propter hoc presentia personaliter constitutus, Joannes Locuin, quondam filius Philippi de Alekine, recognovit in jure coram nobis et coram baillivo Ambianensi, in aula episcopi futuri Morinensis, se vendidisse bene et legitime, necessitate inevitabili et urgente, et pro sua utilitate evidenti, et propter paupertatem evidentem ab ipso juratam et per francos homines predicti futuri episcopi pares dicti Johannis, videlicet per Willelmum de Bechout, Balduinum de

Dio Lokin [1], Robertum personam de Audenehem, Hugonem Goiel, Baldoinum Benel de Rec, Odardum de Munet, Willelmum dictum Maupaie, Johannem Flaminghum, Willelmum de Novrem et Petrum Baudelim, in aula dicti episcopi coram nobis propter hoc presentes judicatam, ac ad legem werpivisse, cum omnibus sollempnitatibus adibitis que in venditionibus solent adhiberi, viro discreto domino Buenfacio de Gamo, canonico Morinensi et Willelmo dicto Maupaie, receptoribus et procuratoribus bonorum dicti episcopi futuri Morinensis, nomine [et] ad opus ejus episcopi, hereditarie et in perpetuum, quicquid ipse Johannes habebat, habere poterat deinceps, habere consueverat et debebat, ratione quacumque sive causa, in molendino de Alekine, et hoc pro justo et legali precio, videlicet pro ducentis et decem [2] libris parisiens. eidem Johanni a dictis procuratoribus in pecunia numerata solutis, et in ejus utilitatem evidentem, sicut dicit et asserit, totaliter conversis. Propter quod ipse Johannes voluit et concessit quod dictus Morinensis episcopus futurus et ejus successores qui pro tempore fuerint, percipiant, possideant et habeant pacifice et quiete absque reclamatione et impedimento quibuscumque, quicquid dictus Johannes habebat, habere poterat et consueverat ac debebat in molendino memorato, promittens idem Johannes fide et juramento in manum nostram corporaliter ab eodem prestitis quod [3] contra dictam venditionem, per se vel per alium, non veniet in futurum et quod nihil juris reclamabit seu reclamari faciet de cetero in molendino sepedicto, et quod non queret vel inveniet artem vel ingenium, causam, materiam, medium atque modum, ipsum episcopum et ejus successores aliquatenus in posterum super dicto molendino molestandi ; immo ipsum episcopum et ejus successores predictos de dicto molendino pacifice gaudere permittet et quiete. Preterea, constituta, coram nobis in jure et in presentia aliorum predictorum, Marguareta, uxor dicti Johannis, premissis omnibus et singulis, suum consensum prebuit et assensum, et promittit *(sic)*, fide et juramento in manu nostra corporaliter prestitis ab eadem, quod, ratione dotis, dotalicii, donationis propter nuptias aut alia quacumque ratione sive causa, nihil juris reclamabit seu reclamari faciet in futurum per se vel per alium, in molendino memorato, quitans et abjurans omne jus et omnem rationem quod et que ratione dotis, dotalicii propter nup-

[1] Peut-être faut-il corriger : *Otto Lokin* ?
[2] Le texte porte : *Idem*.
[3] Le texte porte : *quic*.

tias, donationis aut alia quacumque ratione competebant vel competere aliquatenus poterant et possent in futurum, in premissis vel aliquo premissorum. Et ut eidem episcopo et ejus successoribus predictis fortius caveatur in futurum, ipse Johannes et ejus uxor voluerunt et concesserunt coram nobis in presentia predictorum quod si ipsos vel eorum alterum contra premissa vel aliquid premissorum venire, quod absit, contingeret in futurum, quod ad desistendum et ad premissa omnia et singula servanda, tenenda modo superius expresso et complenda, per excommunicationis sententiam auctoritate Morinensis, virtute presentium litterarum compellantur, in quocumque [1] loco fuerint habita sine statu juris et facti defensione quolibet non obstante. Et ad majorem omnium et singulorum firmitatem obtinentiam *(sic)* premissorum, constitutus coram nobis in jure Adam, frater dicti Johannis, predicte venditioni suum consensum prebuit pariter et assensum, et quitavit coram nobis et francis hominibus predictis, in presentia Stephani dicti Inglin baillivi et custodis regalium Morinensium, omne jus, si quid ratione assignamenti vel alias habebat aut habere poterat seu debebat aut posset in futurum in molendino memorato ; promittens idem Adam, fide et juramento in manu nostra corporaliter prestitis ab eodem, quod contra dictam venditionem, per se vel per alium, non veniet in futurum. Et quoad omnia et singula, ipsi Johannes, Marguareta et Adam renunciaverunt omni privilegio crucis sumpte seu etiam assumende, omni exceptioni doli mali, fori, juris auxilio canonici et civilis, omnibus exceptionibus juris et facti, omnibusque privilegiis, litteris, indulgentiis et munimentis quibuscumque a quocumque impetratis et inposterum impetrandis, pecunie non numerate, et precipue ipsa Margareta renunciavit omni doti, dotalicio, donationi propter nuptias, epistole .....[2] cedendarum, actioni senatus consulti et legi Julie de fundo dotali ac omnibus legibus quibus[cumque] per quas leges dotis alienatio, constante matrimonio, fieri prohibetur ; asserens se contentam et recompensationem sui dotalicii super hoc factam a dicto I. marito suo ad triginta mensuras terre vel circiter site in una pechia in parrochia de Alekine, in tenemento dicti episcopi in loco qui vocatur Assonval [3] et quoddam nemus ipsius Johannis situm prope dictam terram, in parrochia et tenemento prelibatis ; nec non exceptioni vis et metus ; et ne posset in aliqua

[1] Le texte porte : *quorum.*
[2] Le texte porte : *dimadum.*
[3] Le texte porte : *Assen Val.*

judicii instancia, coram aliquo judice ecclesiastico vel mundano allegare, proponere, docere et probare, directe vel indirecte, principaliter vel incidenter se in presenti contractu deceptam fore sive lesam et rem aliter se habere quam in presenti littera continetur, quia de contrario certa est sicut dicit. Renunciaverunt etiam dicti Johannes, Margareta et Adam, cum premissis renunciationibus, omnibus exceptionibus, defensionibus, cavilationibus, consuetudinibus et statutis et generaliter ceteris omnibus [1] et singulis que contra presens instrumentum et contenta in eodem obici possent vel opponi seu etiam in posterum allegari et que dictis Johanni, Margarete et Ade vel eorum uni et eorum vel unius eorum heredibus, possent competere et dicto episcopo et ejus successoribus obesse in premissis, vel aliquo [2] premissorum, juridictioni [3] curie Morinensis, quo ad hec, se spontanei supponendo. Preterea constituti coram nobis personaliter in jure dicti procuratores asseruerunt et recognoverunt coram nobis dictam emptionem ab eisdem nomine et ad opus dicti episcopi fuisse [factam] et solvisse precium dicte emptionis de pecunia dicto episcopo reservanda ; quâ ratione cesserunt eidem episcopo futuro quod eis vel eorum alteri competebat aut competere poterat, ratione dicte [4] emptionis in molendino memorato. In quorum omnium testimonium et munimen, nos ad instanciam Johannis, Marguarete, Ade, et procuratorum predictorum presentibus litteris apponi fecimus sigillum curie Morinensis. Datum anno domini M° CC° LXX^mo^ primo, mense decembri.

219

(1273, juin).

Copia quarumdam litterarum magistri J. de Ays, scolastici et officialis Morinensis de Masura usque grangiam capituli de Pernes. B. f° 200 v°.

[1] Le texte porte : *hominibus.*
[2] Le texte porte : *antiquo.*
[3] Le texte porte : *juridictorum.*
[4] Le texte porte : *decime.*

220

Littere comitis Flandrie super confirmatione decime Ph. de Watua site apud Watuam in personatu episcopi Morinensis.

(1274, octobre).

D. pièce CXCIX. Universis presentes litteras inspecturis, Guido comes Flandrensis et marchio Namurcensis, salutem in omnium salvatore. Notum facimus quod cum Philippus de Watua, homo noster [1] nuper titulo pignoris obligavit ecclesie beate Marie Morinensis ad opus futuri episcopi Morinensis totam decimam quam [2] de nobis [3] tenet in feodum in parrochia et territorio de Watua, in personatu dicti episcopi, cum omnibus juribus, et pertinentiis dicte decime, pro trecentis et viginti libris parisiensium sibi mutuo traditis, ut asserit, de pecunia spectante ad futurum Morinensem episcopum predictum, sub impignoratione dicte decime, non ante decem annos proxime venturos, set postea de anno in annum in festo beati Remigii in capite octobri et non alio termino, de predicta pecunie summa redimendam, fructibus et proventibus de dicta decima medio tempore percipiendis in sortem minime computandis, secundum conventiones habitas sub impignoratione et obligatione prenotatis. Nos, ad instantem supplicationem dicti Philippi hominis nostri, dictis impignorationi et obligationi consensum nostrum benigne prebemus et assensum, easque ratas habemus et tamquam dominus, confirmamus, ac eidem ecclesie Morinensi et receptoribus bonorum futuri Morinensis episcopi, ad opus ejus sede Morinensi vacante ac etiam episcopo Morinensi futuro, quicumque pro tempore fuerit, eamdem decimam cum suis pertinentiis contra omnes legitime garandire tamquam dominus, bona fide, promittimus et concedimus possidendam et tenendam ab omni servicio et exactione qualibet liberam et immunem, donec redempta fuerit, ut dictum est, et dicta pecunie summa dicte ecclesie vel futuro episcopo, qui pro tempore fuerit, ad plenum reddita et soluta; nos et heredem nostrum ad premissa tenore presentium litterarum specialiter obligantes. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras concessimus eidem ecclesie sigilli nostri appensioue roboratas. Datum anno domini M° CC° LXX^mo quarto, mense octobri.

[1] Le texte porte : *vester*.
[2] Le texte porte : *suam*.
[3] Le texte porte : *vobis*.

221

Littere super receptione a Ph. de Watua de trecentis et XX^ti libris parisiens. ab episcopo.

(1274, 17 octobre).

Universis presentes litteras inspecturis officialis Morinensis, salutem in domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus, Philippus de Watua, homo nobilis viri domini comitis Flandrie, recognovit in jure coram nobis se a viro discreto domino Johanne de Corbeia, canonico Morinensi de denariis ad futurum episcopum Morinensem, anno domini M° CC° LXX^mo quarto, feria secunda ante festum beati Luce, trecenta et viginti libras bonorum et legalium parisiensium recepisse. In cujus rei testimonium presentibus litteris apponi fecimus sigillum curie Morinensis. Datum anno et die predictis. D. pièce CCLVII.

222

Littere emptionis XXXIX mensurarum terre site apud Ernonval, in dominio capituli, pro capellania Sancte Trinitatis.

(1275, 23 octobre).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Morinensis salutem in domino. Notum facimus quod Willelmus de Fossa, armiger et domicella Helewidis ejus uxor, filia domini Balduini de Aubersicourt militis, propter hoc constituti personaliter in jure coram nobis, recognoverunt et confessi sunt se vendidisse bene et legitime in perpetuum viris venerabilibus et discretis decano et capitulo Morinensi, nomine et ad opus ecclesie quam dominus Johannes de Liestes in eadem ecclesie perpetuus capellanus tenet et possidet, triginta novem mensuras preter decem et octo virgas terre ipsorum sitas apud Ernonval, in dominio et tenemento dictorum decani et capituli, pro justo et legali precio, videlicet quamlibet mensuram predictam pro sex libris et sex solidis parisiens., de quo precio recognoverunt W. et H., in jure coram nobis, sibi esse satisfactum in sicca pecunia, bona et bene numerata, exceptioni non numerate pecunie, non solute D. pièce CLXXXVIII

nec deliberate renunciando, et se dictum precium in proprios usus suos et utilitatem suam se asseruerunt convertisse ; quas quidem triginta novem mensuras preter decem et octo virgas terre de dictis decano et capitulo tenebant sub annuo censu sex solidorum parisiensium dictam venditionem facientes, salvo jure decani Morinensis et ejus successorum in premissis. Recognoverunt etiam dicti Willelmus et ejus uxor se legitime werpivisse dictam terram dictis decano et capitulo, nomine et ad opus eorum, ecclesie et capellanie memorate, adhibitis solempnitatibus debitis et consuetis, coram preposito, scabinis et laicali justicia dictorum decani et capituli, et per eorum documentum et judicium qui super hoc habuerunt, debuerunt et potuerunt, secundum legem et consuetudinem dicti loci, judicare et docere. Dicta quoque domicella Helewidis, coram nobis spontanea, fide prestita in manu nostra corporali ab eodem *(sic)*, renunciavit doti, dotalicio, donationi propter nuptias et omni juri quecumque sibi [com]petebant et in futurum competere poterant et debebant quacumque ratione in terra predicta, fructibus et proventibus dicte terre, et tam ipsa domicella quam dictus Willelmus maritus suus, fide et juramento corporaliter prestitis, ab utroque ipsorum, coram nobis spontanei [1] promiserunt quod contra venditionem et werpitionem prenotatas nunquam de cetero venient nec aliquid juris in dicta terra per se vel per alium de cetero reclamabunt. De premissis autem omnibus et singulis fideliter observandis ad legem et consuetudinem dicti loci, constituerunt se plegios pro dictis W. et H. ad eorum instanciam dominus Balduinus de Aubersicourt et Hellinus de Fossa armiger, in jure coram nobis promittentes, fide prestita corporali ab utroque eorum coram nobis, quod ipsi premissa omnia et singula, tanquam boni plegii, quilibet in solidum, ad dictas legem et consuetudinem, curabunt et procurabunt observari. Et quantum ad premissa fideliter observanda, tenenda et complenda, se supposuerunt et sua tam dicti vendentes quam dicti plegii jurisdictioni curie Morinensis, renunciantes in hoc facto exceptioni doli mali, exceptioni fori, omni auxilio juris canonici et civilis, omni privilegio crucis assumpte et assumende, omnibus litteris apostolicis et aliis tam de gracia quam de justicia impetratis et impetrandis et omnibus exceptionibus et rationibus juris et facti. In cujus rei testimonium et munimen, ad instanciam dictorum Wil-

[1] Le cartulaire porte : *inpontanei*.

lelmi, Hellewidis et plegiorum, fecimus presentes litteras sigillo curie Morinensis sigillari. Datum anno domini M° CC° LXX^mo quinta, feria quinta ante feştum apostolorum Simonis et Jude.

223

Item, littere insuper emptionis dimidie mensure terre site apud Ernonval quasi in medio dictarum terrarum pro eadem capellania eodem anno.

(1275, 5 novembre).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Morinensis salutem in domino. Notum facimus quod Balduinus de Cotenes, parrochianus de Liestes, propter hoc constitutus personaliter in jure coram nobis, recognovit se vendidisse bene et legitime in perpetuum viris venerabilibus et discretis decano et capitulo Morinensi, nomine et ad opus ecclesie Morinensis et capellanie fundate in eadem ecclesia in honore Sancte Trinitatis, quam dominus Johannes de Liestes perpetuus capellanus in dicta ecclesia tenet et possidet, dimidiam mensuram terre quam tenebat de dictis decano et capitulo sitam apud Ernonval, quasi in medio vel circa medium terrarum quas dicti decanus et capitulum nuper emerunt, nomine et ad opus dictarum ecclesie et capellanie, in eodem tenemento, a Willelmo de Fossa et a domicella Halewide ejus uxore ; asserens idem Balduinus se fecisse dictam venditionem pro justo et certo precio, videlicet pro sexaginta tribus solidis paris., sibi in numerata pecunia, ut asserit, persolutis ; renuncians exceptioni non numerate pecunie in hoc facto. Recognovit etiam se dictam dimidiam mensuram legitime werpivisse dictis decano et capitulo nomine et ad opus ecclesie et capellanie predictarum, adhibitis solempnitatibus debitis et consuetis coram preposito, scabinis et laïcali justicia dictorum decani et capituli et per eorum [judicium] et documentum qui super hoc habuerunt et debuerunt judicare et docere. Promittens idem Balduinus, fide et juramento corporaliter prestitis ab eodem coram nobis, contra dictas venditionem et werpitionem non venire et premissa omnia et singula fideliter adimplere et servare ; renuncians etiam in hoc facto exceptioni doli mali, exceptioni fori, omni auxilio juris canonici et civilis, omni privilegio crucis assumpte et assumende omnibus litteris apostolicis et aliis impetratis et impetrandis et omnibus excep- D. pièce CLXXXIX

tionibus et rationibus juris et facti et supponens se et sua, quo ad ea, jurisdictioni curie Morinensis. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum curie Morinensis duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° septuagesimo quinto, feria quinta post festum omnium sanctorum.

224

Item, de eadem (decima de Canisvilla).

(1276, juin).

D. pièce CLXXIX. Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Haviskerka *(sic)* miles et dominus dicti loci, salutem in domino. Notum facimus quod cum dilectus frater et homo noster Egidius de Haviskerka miles vendit *(sic)* bene et legitime, necessitate inevitabili et urgente, et pro pejore contractu evitando, cessante omni illicita pactione et venerabilibus viris decano et capitulo Morinensi, ac rite et ad legem patrie, nomine et ad opus eorumdem werpivit, adhibitis sollempnitatibus omnibus que in talibus et circa talia solent et debent adhiberi, coram illis et per illos coram quibus et per quos fieri potuit et debuit, de lege, usu et consuetudine patrie, totam decimam suam sitam apud Canisvillam et in parochia dicti loci in tenemento nostro et dominio Vulvrici de Ostinghesele, in personatu venerabilis domini Guidonis de Folliano canonici Morinensis, ab ipsis decano et capitulo, cum omnibus juribus, fructibus, proventibus, pertinentiis et libertatibus dicte decime, libere et absolute, pro justo rento et legali precio, eidem Egidio, a dicto decano et capitulo in pecunia numerata soluto et in ejus utilitatem evidentem totaliter converso, sine exactione, servicio, et molestatione quibuscumque, jure hereditario perpetuo possidendam. Nos visis et consideratis premissis, venditioni et werpitioni supradictis nostrum consensum, ad instantem supplicationem predicti Egidii fratris nostri, prebemus pariter et assensum et ea omnia et singula, quantum in nobis est, laudamus, approbamus et etiam tenore presentium confirmamus, et ad majorem omnium et singulorum premissorum eisdem decano et capitulo securitatem faciendam, promittimus eisdem decano et capitulo totaliter decimam supradictam, cum ejus fructibus, proventibus, viribus et pertinentiis, perpetuo garandisare, et eos super premissis indempnes totaliter conservare erga omnes qui juri et legi stare vellent coram nobis,

urgente, et pro contractu dentiori evitando, cessante omni illicita pactione, de consensu et voluntate dicte domine Katherine ejus uxoris sue (*sic*), venerabilibus viris decano et capitulo Morinensi ac rite et ad legem, nomine et ad opus eorumdem, werpivisse, cum omnibus solempnitatibus qui in talibus et circa talia solent et debent adhiberi et coram illis et per illos coram quibus et per quos fieri debuit et potuit, de lege, usu et consuetudine patrie, totalem decimam suam sitam apud Canisvillam, in parochia dicti loci, in tenemento nobilissimi viri domini Johannis de Haviskerka militis, in dominio Vulvrici de Ostinghezele, in personatu viri discreti domini Guidonis de Folliano, canonici Morinensis, ab ipsis decano et capitulo, cum omnibus juribus, pertinentiis, et libertatibus decime supradicte, que est valoris XV^cim^ marcharum, annuatim pacifice et absolute, sicut dicit, pro justo, certo precio et legali de quo recognovit idem dictus Egidius sibi a dictis decano et capitulo fuisse satisfactum in sicca, bona et legali pecunia bene sumministrata et soluta et in ejus utilitatem conversa totaliter evidentem, sine exactione et molestatione quibuscumque, pacifice et quiete, jure hereditario possidendam et habendam. Dicta vero domina Katherina, uxor dicti domini Egidii, recognovit coram dicto notario dictas venditionem et werpitionem factas fuisse in forma supradicta de consensu benivolo pariter et assensu dicte domine Katherine, et venditioni et werpitioni supradictis consensit coram notario supradicto, renuntians dicta domina Katherina expresse, amicabiliter et benigne toti juri dotalicii sive quod habebat, vel habere poterat aut debeat et eidem quocumque titulo sive modo competebat aut competere poterat vel debebat, ratione quacumque, in decima totali supradicta, fructibus et proventibus ejusdem in futurum ; promittentes dicti dominus Egidius et domina Katherina ejus uxor, fide et juramento in manum nostram corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra venditionem et werpitionem predictas et premissa vel aliquod premissorum, per se vel per alium, non venirent in futurum et quod ipsos decanum et capitulum, super dicta decima aut fructibus et proventibus ejusdem vel possessione, sive preceptione eorumdem, nullatenus molestabunt seu molestari procurabunt in futurum, nec artem vel ingenium, causam, materiam, occasionem, medium, sive modum querent, invenient, aut procurabunt per que eciam decanus et capitulum, vel eorum mandatum super premissis vel aliquo premissorum valeant molestari, impediri seu gravari, et quod, in premissis venditis,

minio meo, in personatu venerabilis viri domini Guidonis de Folliano canonici Morinensis, ab ipsis decano et capitulo, cum omnibus pertinentiis et libertatibus dicte decime, libere et absolute, pro justo, certo et legali precio, eidem Egidio a dictis decano et capitulo in pecunia numerata soluto et in ejus utilitatem converso totaliter evidentem, sine exactione, servicio, et molestacione quibuscumque, ut asserit idem Egidius, jure hereditario perpetuo possidendam ; ego, visis premissis et consideratis venditioni et werpitioni supradictis, ad instantem supplicationem et rogatum Egidii supradicti, consensum meum benevolum prebeo pariter et assensum et ea omnia et singula secundum que [1] superius sunt expressa, quantum in me est, laudo, rata habeo, approbo, et etiam tenore presentium, tamquam dominus, confirmo ; volens et concedens quod dicti decanus et capitulum et eorum mandatum dictam totalem decimam cum omnibus fructibus, proventibus, juribus, libertatibus et pertinentiis ejusdem, perpetuo percipiant, possideant, teneant et habeant, ac de hiis omnibus et singulis ordinent et disponant pro sua voluntate et prout sibi visum fuerit expedire. Et ego premissa, tamquam dominus, dictis decano et capitulo ea promitto et teneor garandizare. In cujus rei testimonium et munimen, presentibus litteris, ad instanciam et rogatum ac supplicationem dicti Egidii, sigillum meum dignum duxi apponendum. Datum anno domini M° CC° septuagesimo sexto, mense junio.

226

Item, super eodem.

(1276, juin).

D. pièce CLXXXII. Universis presentes litteras inspecturis, officialis sedis Morinensis vacantis, salutem in domino. Notum facimus quod vir nobilis, dominus Egidius de Haviskerka et nobilis mulier domina Katherina, uxor dicti militis, propter hec personaliter constituta in presentia Inguerranni dicti de Belvaco, clerici notarii in curia Morinensi de latere nostro missi et ad hec executioni a nobis specialiter deputati et vices nostras gerentis, recognovit idem miles se vendidisse bene et legitime, necessitate inevitabili et

[1] Le texte porte : *quod.*

urgente, et pro contractu dentiori evitando, cessante omni illicita pactione, de consensu et voluntate dicte domine Katherine ejus uxoris sue *(sic)*, venerabilibus viris decano et capitulo Morinensi ac rite et ad legem, nomine et ad opus eorumdem, werpivisse, cum omnibus solempnitatibus qui in talibus et circa talia solent et debent adhiberi et coram illis et per illos coram quibus et per quos fieri debuit et potuit, de lege, usu et consuetudine patrie, totalem decimam suam sitam apud Canisvillam, in parochia dicti loci, in tenemento nobilissimi viri domini Johannis de Haviskerka militis, in dominio Vulvrici de Ostinghezele, in personatu viri discreti domini Guidonis de Folliano, canonici Morinensis, ab ipsis decano et capitulo, cum omnibus juribus, pertinentiis, et libertatibus decime supradicte, que est valoris XV^{cim} marcharum, annuatim pacifice et absolute, sicut dicit, pro justo, certo precio et legali de quo recognovit idem dictus Egidius sibi a dictis decano et capitulo fuisse satisfactum in sicca, bona et legali pecunia bene sumministrata et soluta et in ejus utilitatem conversa totaliter evidentem, sine exactione et molestatione quibuscumque, pacifice et quiete, jure hereditario possidendam et habendam. Dicta vero domina Katherina, uxor dicti domini Egidii, recognovit coram dicto notario dictas venditionem et werpitionem factas fuisse in forma supradicta de consensu benivolo pariter et assensu dicte domine Katherine, et venditioni et werpitioni supradictis consensit coram notario supradicto, renuntians dicta domina Katherina expresse, amicabiliter et benigne toti juri dotalicii sive quod habebat, vel habere poterat aut debeat et eidem quocumque titulo sive modo competebat aut competere poterat vel debebat, ratione quacumque, in decima totali supradicta, fructibus et proventibus ejusdem in futurum ; promittentes dicti dominus Egidius et domina Katherina ejus uxor, fide et juramento in manum nostram corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra venditionem et werpitionem predictas et premissa vel aliquod premissorum, per se vel per alium, non venirent in futurum et quod ipsos decanum et capitulum, super dicta decima aut fructibus et proventibus ejusdem vel possessione, sive preceptione eorumdem, nullatenus molestabunt seu molestari procurabunt in futurum, nec artem vel ingenium, causam, materiam, occasionem, medium, sive modum querent, invenient, aut procurabunt per que eciam decanus et capitulum, vel eorum mandatum super premissis vel aliquo premissorum valeant molestari, impediri seu gravari, et quod, in premissis venditis,

maxime dicta uxor, ratione dotis vel dotalicii sui, virtuti aut alia ratione quacumque, nihil in posterum reclamabunt seu reclamari procurabunt, et quod ipsos decanum et capitulum, de premissis venditis et possessione et perceptione eorumdem, gaudere permittent pacifice et quiete absque reclamatione qualibet in futurum ; asserens dicta domina Katherina, sub dictis fide et juramento, quod sufficiens et legitimum habebat excambium in compensationem sui dotalicii sive dotis ab ipso domino Egidio marito suo sibi factum et graviter ab eodem receptum, quo excambio ipsa domina Katherina habuit se pro contenta. Et quantum ad omnia premissa et singula premissorum tenenda et observanda in forma supradicta, dicti dominus Egidius et domina Katherina, de auctoritate dicti domini Egidii mariti sui renunciaverunt specialiter et expresse omni juris auxilio tam canonico quam civili, privilegio crucis sumpte et assumende, omnibus indulgenciis privilegiorum [1] regalibus et apostolicis, de quibus, de verbo ad verbum et de toto tenore ipsorum, generalem vel expressam et specialem de presentibus oporteat fieri mentionem ; et ne possint, aliquo tempore, in aliqua judicii instantia, coram aliquo ecclesiastico judice vel mundano, allegare, proponere, docere, opponere, et probare directe vel indirecte, ex quacumque causa principali [2] vel incidenti, se ipsos fuisse lesos in premissis vel deceptos, quia de contrario certi sunt, sicut dicunt. Item, sub dictorum fidei et juramenti religione repromiserunt ipsi dominus Egidius et domina Katherina ejus uxor quod numquam petent seu peti vel impetrari facient ab aliquo a summo pontifice vel ab alio hujusmodi relaxationem juramenti quod superius prestiterunt pro premissis servandis, pacifice tenendis et complendis in forma supradicta. Addendum est etiam cum premissis, quod si, in principio, in medio vel in fine hujusmodi conventionis sive instrumenti aliquid deficeret, volunt et annuunt expresse prefati dominus Egidius et ejus uxor quod pro apposito reputetur et quod interpretatio fiat pro dictis decano et capitulo si aliqua dubietas appareat in premissis. Renunciavit etiam dicta domina legi Julie de fundo dotali et omnibus legibus, constitutionibus per quas dotis allevatio sive cessio, constante matrimonio, fieri prohibent[ur] ; quam autem renunciationem omnium et singulorum premissorum solempnem fecit prefata domina Katherina in jure coram dicto notario non vi nec

[1] Le texte porte : *privilegetur*.

[2] Le texte porte : *principaliter*.

metu, fraude sive dolo ad hoc coacta sive ducta, immo, spontanea, voluntate, ipso domino Egidio marito suo in premissis omnibus et singulis auctoritatem prestante, eidem sive agendi premissa et consentiente penitus in eisdem. Renunciaverunt etiam dicti dominus Egidius et domina Katherina ejus uxor, omnibus exceptionibus, cavillationibus et cautelis tam juris [1] quam facti que possent obici contra presens instrumentum et factum in eodem contentum et que possent dictis decano et capitulo obesse et dictis Egidio et ejus uxori vel eorum alteri prodesse. Premissa autem omnia et singula premissorum, secundum que superius sunt expressa et narrata, promiserunt dicti dominus Egidius et ejus uxor, sub dictis fide et juramento, se firmiter et irrevocabiliter [2] observare et numquam contraire jure in futurum, se, quantum ad hoc, jurisdictioni curie Morinensis supponentes et omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, ubicumque poterunt inveniri, ac heredes suos, quantum in se est, prefatis decano et capitulo penitus obligantes pro premissis omnibus et singulis observandis et tenendis in forma supradicta; volentes et concedentes, et in hoc expresse consentientes quod ad premissa omnia et singula premissorum tenenda et observanda in forma supradicta et ad desistendum si contravenerint, auctoritate dicte curie Morinensis per excommunicationis sententiam et alias per censuram ecclesiasticam compellantur, in quocumque statu vel habitu contigerit ipsos fore. Prout hec omnia supradicta prefatus Ingueranus cui fidem adhibemus tamquam nobis in hoc casu nobis retulit una voce. In cujus rei testimonium et munimen, nos, premissa rata habentes, approbantes ac etiam confirmantes tenore presentium, ac si coram nobis acta et recognita extitissent, presentes litteras confici fecimus, et sigillo curie Morinensis sigillari. Datum anno domini [M°] CC° LXX° sexto, mense junio.

997

Item, super eodem.

(1276, 10 juin).

Officialis sedis Morinensis vacantis Ingueranno dicto de Belvaco clerico, D. pièce CLXXXIII.

[1] Le texte porte : *inter.*

[2] Le texte porte : *irrevocabiliter.*

notario in curia Morinensi, salutem. Cum dominus Egidius de Haviskerka, miles Morinensis dyocesis, vendiderit viris venerabilibus et discretis decano et capitulo Morinensi et ad legem werpiverit, nomine et ad opus eorumdem, totam decimam suam apud Canisvillam et in parochia dicti loci, in tenemento domini Johannis de Haviskerka militis et in dominio Vulvrici de Ostinghezelle, in personatu viri discreti domini Guidonis de Folliano canonici Morinensis, ab ipsis decano et capitulo cum omnibus juribus, fructibus, proventibus, libertatibus et pertinentiis dicte decime, libere et absolute, pro justo, certo precio et legali, eidem Egidio a dictis decano et capitulo in pecuniam numeratam persoluto, jure hereditario perpetuo possidendam ; et dictus Egidius ac ejus uxor, super dicto contractu, volunt et intendunt recognoscere dictum contractum, et litteras curie Morinensis super dicto contractu recognitorias et obligatorias eisdem decano et capitulo dare et concedere ; et eisdem Egidio et ejus uxori difficile sit in curia Morinensi, pro recognitionibus suis faciendis super dicto contractu, ad opus dictorum decani et capituli [venire], nos, de fidelitate tua confidentes, tibi mandamus quatinus personaliter accedens ad dictos dominum Egidium et ejus uxorem, recognitiones, promissiones, obligationes, renunciationes, suppositiones, fidem et juramenta, nec non et omnes alias securitates quascumque que necessarie sint in litteris recognitoriis sub sigillo curie Morinensis et fieri consueverint, quas ipsi Egidius miles predictus et ejus uxor facere voluerint coram te, et fecerint ad opus dictorum decani et capituli, loco nostri et vice nostra, audias et recipias ; et ea nobis referas viva voce, vel rescribas, ut super hiis valeat fieri publicum instrumentum ad opus decani et capituli predictorum, tibi, quantum ad hoc, vices nostras committentes. Datum anno domini M° CC° LXX° sexto, feria tertia post octavas Trinitatis.

228

Item, super eodem.

(1276, juin).

D. pièce CLXXXIIII Universis presentes litteras inspecturis, Guido de Folliano, canonicus Morinensis et persona de Canisvilla, salutem in omnium salvatore. Notum facimus quod, cum nobilis dominus Egidius de Haviskerka, miles, ven-

didit bene et legitime, necessitate inevitabili [1] et urgente, et pro dentiori contractu evitando, cessante omni illicita partione, venerabilibus viris, decano et capitulo Morinensi, ac rite et ad legem patrie, nomine et ad opus eorumdem werpivit, cum omnibus solempnitatibus adhibitis que in talibus et circa talia debent et consueverunt adhiberi, totalem decimam suam sitam apud Canisvillam, in personatu nostro, in tenemento viri nobilis domini Johannis de Haviskerka militis, fratris dicti domini Egidii, in dominio Wolvrici de Ostinghezele, ab ipsis decano et capitulo et eorum mandato, cum omnibus juribus, pertinentiis et libertatibus ejusdem que est valoris quindecim marcharum annuatim, libere et absolute, et hoc pro justo certo precio et legali, eidem domino Egidio ab ipsis decano et capitulo in pecunia numerata bona et legali persoluto et in ejus utilitatem evidentem totaliter conversa, sine exactione et molestacione quibuscumque, jure [2] hereditario possidendam ; nos, visis et consideratis premissis, et quod dicta decima per dictam venditionem est a manu laicali extracta, predictis venditioni et werpitioni, ad instantiam et supplicationem predicti domini Egidii, nostrum consensum benivolum prebemus pariter et assensum, et ea omnia et singula, quantum in nobis est, laudamus, approbamus et etiam tenore presentium confirmamus ; et ad majorem premissorum eisdem decano et capitulo securitatem faciendam, promittimus quod contra predictas venditionem et werpitionem et premissa non veniemus ullo modo, nec ipsos decanum et capitulum super premissis ullatenus molestabimus nec molestari procurabimus in futurum. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° LXX^mo^ sexto, mense junio.

Item, de eodem.

(1276, juin, — 1276, 4 décembre).

Universis presentes litteras inspecturis, Guido comes Flandrie et marchio Namurcensis, salutem in domino. Notum facimus quod, cum Egidius de Haviskerka miles vendidit bene et legitime, hereditarie venerabilibus D pièce CLXXXI.

[1] Le texte porte : *inestimabili*.

[2] Le texte porte : *inter*.

viris decano et capitulo Morinensi, ac rite et ad legem werpivit, adhibitis solempnitatibus qui in talibus et circa talia debent [et] solent adhiberi, necessitate inevitabili et urgente et pro dentiori contractu evitando, cessante omni illicita pactione, pro certo, justo precio et legali, eidem Egidio, a dictis decano et capitulo in summa pecunie numerata soluto et in utilitatem ejusdem Egidii evidentem totaliter, ut asserit idem Egidius, converso, quamdam totam decimam suam sitam in terra nostra et comitatu nostro, videlicet apud Canisvillam et in parochia dicti loci, in personatu discreti viri domini Guidonis de Folliano canonici Morinensis, in tenemento Johannis de Haviskerka militis, hominis nostri cum omnibus fructibus, proventibus, juribus [1] et pertinentiis ejusdem decime ac etiam libertatibus, libere et absolute, sine exactione, servicio et molestatione quibuscumque perpetuo possidendam ; nos, ad instantem supplicationem dicti Egidii, predictis venditióni et werpitioni consensum nostrum prebuimus, prebemus pariter et assensum easque laudamus, ratas habemus, approbamus et, tanquam dominus superior, confirmamus, volentes et concedentes quod dicti decanus et capitulum vel eorum mandatum dictam totalem decimam supradictam, cum omnibus ejus pertinentiis, perpetuo percipiant, possideant, teneant, ordinent et disponant, pro sua voluntate et prout, si visum fuerit expedire, et nos premissa promittimus et tenemur garandizare. In cujus testimonium et munimen, ad instantem supplicationem dicti Egidii, presentibus litteris sigillum nostrum dignum duximus apponendum. Datum anno domini M° CC° septuagesimo sexto, mense junio.

Nos vero dictus officialis Morinensis, in hujus rei testimonium et ut magis firmum roborari *(sic)*. Datum anno domini M° CC° septuagesimo sexto, feria quinta post festum beati Andree apostoli.

230

Littere decani et capituli beati Petri Casletensis super emptione decime domini B. de Hardinfort militis site apud Zerminghezele.

(1276, novembre).

D. pièce CLXXXV. Universis presentes litteras inspecturis, H. decanus et capitulum beati

[1] Le cartulaire porte : *viribus*.

Petri Casletensis, salutem in omnium salvatore. Cum dominus Balduinus de Herdinfort, miles defunctus, dudum nobis vendidisset quandam decimam sitam apud Zerminzele, in personatu [1] virorum venerabilium decani et capituli Morinensis, pro centum libris artisiensium contentis in litteris bone memorie Petri quondam Morinensis episcopi et pretextu illius venditionis diu in possessione decime fuissemus antedicte, et postmodum dicti decanus et capitulum, asserentes se jus habere in eadem decima, tam ratione dicti personatus quam ratione litterarum nostrarum penes se existentium et continentium quod ipsi decanus et capitulum dictam decimam, pro sua voluntate, post primum vel secundum Augustum *(sic)*, pro precio predicto redimere poterant, eandem decimam erga nos de novo redemerunt, pro dictis centum libris, de quibus in pecunia numerata, habemus nos pro contentis. Noveritis quod nos, ad opus dictorum decani et capituli, cedimus et eisdem concedimus omne jus et omnem actionem nostram et quam habebamus et habere poteramus in dicta decima, ratione quacumque sive causa, et promittemus nos omnes et singuli, sub juramentis nostris, quod omnia instrumenta, quamcumque formam verborum continentia, ratione dicte decime confecta que invenire poterimus, eisdem decano et capitulo deliberabimus aut mandato eorumdem ; volentes quod ex tunc, ipsa instrumenta, quo ad nos et ecclesiam nostram, robore careant et quod cassentur et penitus irritentur ; renunciantes, quo ad hec, omni exceptioni doli mali, fori, exceptioni pecunie non numerate, non habite, non recepte, omni juris auxilio tam canonici quam civilis, beneficio restitutionis in integrum et omnibus aliis exceptionibus que nobis et ecclesie nostre possent competere, et eisdem decano et capitulo Morinensi aut eorum ecclesie obesse in premissis. In cujus rei testimonium, eisdem decano et capitulo Morinensi presentes litteras concessimus sigillo nostri capituli sigillatas. Datum anno domini M° CC° LXX^mo^ sexto, mense novembri.

231

Littere castellani de Bailliolo et de Ypra [de decima de Meternes].

(1278, juin[1].

Universis presentes litteras inspecturis, Hugo castellanus de Bailliolo et [1] pièce CXLIII.

[1] Le texte porte : *personatum*.

de **Ypra** et dominus de le Conte miles, salutem in domino. Cum ego teneam in feodum a reverendo patre et domino, venerabili H., dei gratia Morinensi episcopo, ratione episcopatus sui, totam decimam meam sitam in parrochia de Meternes, in ea parte que dicitur Berghelut, in personatu dicti episcopi, et pro dicta decima tenear eidem [1] episcopo, singulis annis, in duabus marchis, ratione homagii dicti feodi, notum facio quod ego, necessitate inevitabili et pro contractu dentiori evitando, obligavi predicto domino episcopo dictam decimam cum omnibus juribus et pertinentiis dicte decime, pro trecentis libris parisiens. mihi mutuo a dicto episcopo in pecunia numerata traditis et solutis, sub impignoratione dicte decime minime, nisi quolibet anno, in festo beati Remigii in capite octobri, de dicta pecunia redimende, fructibus et proventibus dicte decime a predicto domino episcopo et ejus successoribus interim percipiendis, quos dicto domino episcopo in elemosinam ex nunc confero totaliter et concedo in sortem debiti principaliter minime computandum. Quibus mediantibus, cessabit, durantibus impignoratione et obligatione predictis, solutio duarum marcharum predictarum, nec poterit idem episcopus aut ejus mandatum eas quolibet [modo] petere a me vel heredibus meis in futurum, quousque dicta decima de dictis trecentis libris redempta fuerit integraliter et ad plenum, homagio meo [2] predicto in suo robore ut prius duraturo ; set, cum dicta decima de dictis trecentis libris redempta fuerit, ego et heredes [3] mei tenebimur episcopo Morinensi qui pro tempore fuerit, aut ejus mandato, dictas duas marchas prout ante impignorationem et obligationem predictas solvi erant consuete ; propter quid, volo et concedo quod dominus predictus, mediantibus premissis, dictam decimam cum juribus et pertinentiis dicte decime, teneat et possideat modo preexpresso, et fructibus et proventibus dicte decime, libere et absolute, absque exactione et molestatione quibuscumque, percipiat et de hiis omnibus et singulis ordinet et disponat, pro sue arbitrio voluntatis, consensu et assensu Baldoini filii mei primogeniti et heredis intervenientibus in premissis. Et ut eidem domino episcopo et ejus successoribus super premissis et singulis premissorum fortius caveatur in futurum, durantibus impignoratione et obligatione prenotatis, nos, Hugo et Balduinus predicti, promittimus bona fide premissa omnia et singula tenere bene et fideliter,

[1] Le texte porte : *esse uni.*
[2] Le texte porte : *homagiorum.*
[3] Le texte porte : *heres.*

et contra ea aut eorum aliquid, ratione quacumque sive causa, de cetero non venire volentes et concedentes et ad hoc nos obligantes quod si nos aut nostrum alterum contra premissa vel aliquid premissorum, quod absit, venire contingeret in futurum, quod ad desistendum et ad premissa et singula omnia tenenda et complenda per excommunicationis sententiam, auctoritate curie Morinensis, cujus jurisdictioni nos et bona nostra omnia mobilia et immobilia, presentia et futura et dictam decimam et fructus et proventus predictos cum juribus et pertinentiis predictis supponimus, compellamur in quocumque loco fuerimus, habitu sive statu juris et facti deffentione *(sic)* qualibet non obstante. Et ad majorem omnium et singulorum premissorum securitatem, eidem episcopo super premissis omnibus et singulis faciendam, ego Hugo predictus, de consensu predicti Balduini heredis mei, coram preposito dicti domini episcopi apud Morinum, nec non coram hominibus dicti domini episcopi paribus meis, videlicet, tamquam preposito, Drogone Lore et tamquam hominibus : Willelmo Vavassore, Willelmo de Bechout, Bernardo de Warnestun et Johanne Flamingo ad hoc vocatis presentibus, recognovi premissa et feci coram eis omnibus, solempnitates, de consensu predicto, nomine et ad opus dicti episcopi, que in talibus solent et debent adhiberi. In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem, ego Hugo predictus, consensu heredis mei, presentes litteras meo feci sigillo sigillari. Actum et datum [anno domini M° CC°] LXX^mo octavo, mense junio. Premissis autem interfuerunt .....[1] nominatis, tamquam homines : dominus Hugo de Esca ..... Balduinus de Renenghes, canonicus Morinensis et Arnulphus ..... anno et die predictis.

888

Ordinationes quedam capituli generalis per procuratores capitulorum seu ecclesiarum cathedralium provincie Remensis apud Sanctum Quintinum in Viromandia super immunitate ecclesie et subsidio pecuniario ab ecclesiis petito.

(1283, 11 juillet).

In nomine Dei amen. Anno ab incarnatione domini M° CC° octogesimo A[1].

[1] Ces lacunes sont dans le manuscrit.

tercio, feria sexta post octavas beatorum apostolorum Petri et Pauli, convenerunt apûd Sanctum Quintinum in Viromandia, in capitulo Sancti Quintini, procuratores cathedralium ecclesiarum Remensis provincie ad hoc a capitulis ipsarum ecclesiarum specialiter cum mandato procuratorio destinati, ad ordinandum et perficiendum aliqua que alias inter procuratores dictorum ecclesiarum pro defensione libertatis et immunitatis ecclesiarum ipsarum fuerant concordata. Qui procuratores, vice et nomine ecclesiarum suarum ac suo, ordinaverunt et concordaverunt insimul quod tenorem istius scripture una cum tenore cujusdam cedule seu littere qui inferius est insertus, quodlibet capitulum ecclesiarum predictarum scribi faciat in registris sive inter gesta capitulorum ipsorum ad eternam rei memoriam, adeo quod a posteris trahi valeat in exemplum, quodque ecclesie ipse possint per ordinationem hujusmodi facilius sucessivis temporibus si necesse fuerit ecclesiarum ipsarum defendere libertatem. Tenor autem cedule seu littere que concordata fuit inter procuratores ipsos est talis :

Deus deorum dominus opera manuum suorum mirifrcans miro disposuit ordine miroque *(sic)* sui magnanimitate consilii stabilivit domus sue ministros, videlicet ecclesie militantis, quorum ministeria distinxit secundum gradus et officii qualitates inter cetera sane cunctis tam superioris quam inferioris gradus specialiter est injunctum ut observantes immunitatem et sanctitudinem domus hujus, ipsam, prout eis est possibile, velud pupillam oculi, in sua custodiant libertate, sane quum de novo ad noticiam capitulorum cathedralium et aliarum collegiatarum ecclesiarum Remensis et Senonensis provintiarum dinoscitur pervenisse quod nonnulli magnates de latere illustrissimi domini regis Francorum a procuratoribus capitulorum ipsorum ad hoc specialiter vocatorum ab eis petierunt instanter quod dicto domino regi subsidium prestarent pecuniarum, quod alias in casu simili nunquam recolitur esse factum. Procuratores ipsi, non quod per hoc intenderent in aliquo regiam offendere majestatem nec ipsius aliquatenus contradicere justis beneplacitis et mandatis principis precellentis cujus clementia semper sacrosanctam ecclesiam in sua libertate servavit, set, ne suas lederent conscientias et ne per hoc gallicana ecclesia grave imposterum posset incurrere detrimentum, ordinaverunt concorditer quod ecclesias provintiarum ipsarum in sua manuteneant libertate et immunitate qua ab antiquis temporibus gavisa est ecclesia

gallicana. Et quod pro negotio pro quo dictum subsidium petebatur a predictis ecclesiis nichil detur.

Ordinaverunt insuper quod unaquaque ecclesia sibi ad invicem ad defensionem immunitatis hujusmodi, si opus fuerit, prestet auxilium, consilium et favorem.

Concordatum est etiam quod violatores libertatum et immunitatum hujusmodi aliorum consortio et auxilio sint privati. Actum apud Sanctum Quintinum in Viromandio, anno et die ut in capitulo supradicto.

233

Inventaria antiqua reliquiarum et bonorum ecclesie Morinensis.

(1283, 18 juillet).

Hoc est inventarium reliquiarum ecclesie Morinensis factum anno do- A°.
mini M° CC° octuagesimo tercio, dominica ante Magdalenam.

Zona beate Marie Virginis.

Ymago sancti Michaelis tenentis capillos beate Marie Virginis.

Coste sancti Blasii.

Tabula argentea in quo est lignum sancte Crucis.

Quedam busta plena diversis reliquiis in decem partibus.

Reliquie sancti Eligii.

Vasa sancti Nichasii.

Vasa sancti Amandi.

Brachium sancti Bertini.

Unum cornu eboris plenum reliquiis.

Quoddam scrinium eburneum in quo sunt plures reliquie in duabus pissidibus et tribus bursis.

Brachium sancti Maximi.

Item brachium sancte Berte.

Item capud sancti Maximi.

Item tres magne cruces deaurate cum lapidibus, quarum due sunt pares et alia major.

Et omnes predicte reliquie posite fuerunt in capella beate Margarete in ecclesia supradicta et tradite in custodia magistri Johannis de Magnicourt et domini Petri de Sancto Johanne capellanorum ecclesie supradicte, in

presentia venerabilium virorum Johannis de Corbeia decani, Johannis de Fieffes archidiaconi Flandrensis, Dyonisii de Tervannia, Ymberti de Salinis et Willelmi de Roy canonicorum ecclesie supradicte et plurium aliorum. Actum anno et die supradictis.

234

[*Aliud inventarium*].

(1286, 8 novembre).

A [5]. Anno domini M° CC° LXXX° sexto, die veneris ante festum beati Martini hyemalis posite fuerunt reliquie que secuntur in archa magna ubi inventus fuit beatus Maximus et ubi requiescit beatus Hunfridus.

Vas cristallinum coopertum de argento, de sancta Anna et de aliis pluribus sanctis.

Tres cruces auree in qualibet quarum continetur de ligno domini.

Due patene sine calicibus.

Unum thuribulum.

Septem calices cum patenis.

Quoddam vas rotundum de ebore continens quoddam os de sancto Hunfrido.

Due burete de argento.

Presentibus I, decano, magistro D. Lemovicensi, N. de Belvaco et magistro C. de Tortofonte canonicis Morinensibus.

Item in alia archa ubi reponitur argentum ecclesie, anno et die predictis, presentibus J. de Corbeya decano et aliis canonicis predictis, reperte fuerunt reliquie que secuntur : quinque anuli pontificis ; quatuor calices argentei ; duo sine patenis ; Item unus calix aureus cum patena aurea ; item IIII^{or} cruces, tres auree ; duo pedes crucis.

225

Littere pro decima de Meternes et ejus obligatione.

(1289, 9 juillet).

Universis presentes litteras inspecturis, Jacobus de Ravenel canonicus Morinensis et officialis, salutem in domino. Cum igitur dominus Hugo castellanus de Bailliolo et de Ypra obligavit titulo pignoris reverendo patri ac domino H., dei gratia Morinensi episcopo, decimam sitam in parrochia de Meternes, in dominio et personatu dicti episcopi ab eodem [1] episcopo et suis successoribus libere et absolute quousque redempta fuerit una vice, videlicet in festo sancti Remigii [2], de trecentis libris paris., possidendam et habendam, secundum formam et tenorem [litterarum] castellani et curie Morinensis super hoc [confectarum et apud] dictum dominum episcopum aut ejus mandatum existentium ; noveritis [3] quod, coram nobis personaliter [4] constitutus Balduinus filius primogenitus et heres dicti [castellani], omnibus et singulis in dictis litteris contentis et expressis suum [consensum] prebuit et assensum, coram nobis, tamquam heres, et promisit, fide et juramento in manu nostra corporaliter prestitis ab eodem, quod, quicquid contingat de morte aut vita predicti castellani patris sui quod contra premissam oblationem et alia [in dictis litteris contenta] aut aliquid de contentis in eisdem per se vel per alium minoris etatis sui exceptioni nec non beneficio restitutionis inde juris, omnibus aliis exceptionibus que sibi possent competere et dicto domino vel ejus [successoribus obesse] renuncians, non veniet in futurum ; et quod contraveniendo artem vel [ingenium] non inveniet sive causam jurisdictioni curie Morinensis se, quo ad hec spectat, supponendo, ut auctoritate ejusdem curie per excommunicationis sententiam compelli valeat ad observationem omnium et singulorum in dictis litteris contentorum, ubicumque se de cetero deferat [5] aut moretur. In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem, nos, ad preces et instanciam predicti Balduini [6] presenti- D pièce CCXLIV

[1] Au lieu de *ab eodem* le cartulaire porte : *autem*.
[2] Le cartulaire ajoute ici le mot *domino*
[3] Le cartulaire porte : *noverit*.
[4] Le cartulaire porte : *personatus*.
[5] Le cartulaire porte : *differat*.
[6] Le cartulaire porte : *Bailliri*.

bus litteris apponi fecimus sigillum curie Morinensis. Datum anno domini M° CC° LXXX^mo octavo, die veneris et post festum beati Martini estivalis.

236

Littera Guidonis de Domnipetra, domini de Bailliolo, de decimis et obventionibus altaris dicti loci.

(1289, décembre).

D. pièce CCLXX. Ego Guido de Domnipetra, dominus de Bailliolo in Flandria, notum facio tam presentibus quam futuris quod Nicholaus et Johannes, Boidekinus et Gilokinus dicti Bataille fratres, Aelidis, Agnes et Margareta eorum sorores, in mea presentia et hominum meorum videlicet domini Balduini de Balliolo militis, Girardi, Petri de Bailliolo, Guisselini Fabri, Godescalli dicti Decani, Walteri dicti de Vado, Petri de Witke, Normanni de..... et plurimorum hominum nostrorum aliorum propter hoc personaliter constitutorum et coram Theobaldo baillivo, Henrico Stal majore et scabinis de Bailliolo, videlicet Petro Manset, Widone de Perona, Johanne Drederit, Philippo Careben, Girardo Fabro, Willelmo de..... et Johanne de Strata, recognoverunt se nihil omnino juris habere in decimis et oblationibus altaris et parrochie de Bailliolo quas tenet seu habet reverendus pater dei gratia episcopus Morinensis et si quod juris habebant vel habere poterant in eisdem, illud, spontanea voluntate, dicto domino Morinensi episcopo et ecclesie Morinensi quictaverunt et dictas decimas, obventiones, in plena ecclesia Bailliolensi penitus abjurando, secundum legem ville de Bailliolo, legittime werpiverunt, promittentes, fide et juramento interpositis, quod dictum dominum Morinensem episcopum et ecclesiam Morinensem, per se vel per alium, super predictis nullatenus molestabunt nec etiam molestari procurabunt [1], nec auxilium seu consilium vel etiam suggestionem aliquam alicui vel aliquibus contra predicta aliquo modo prestabunt. In hujus rei testimonium presentes litteras domino Morinensi episcopo et ecclesie Morinensi sigilli mei munimine tradidi roboratas. Datum et actum anno domini M° CC° [LXXX°] nono, mense decembri.

[1] Le texte porte : *procuraverint*.

227

[*Vidimus par le roi de France d'une procuration donnée par le comte d'Artois à Renaut Coignet de Barlate pour conclure un accord avec l'évêque de Térouane*].

(1292, 1er octobre, — 22 décembre).

Philippus dei gratia Francorum rex omnibus presentes litteras inspec- A s.
turis, salutem. [Noveritis] nos vidisse quoddam procuratorium sigillo comitis Attrebatensis consanguinei nostri sigillatum, in hec verba :

Robers cuens d'Artois à tous ceus ki ces présentes letres verront u orront, salus. Sachent tout ke nous, nostre amé chevalier Renaut Coignet de Barlate, garde et maistre de toute nostre terre ke nous avons en Artois et ens u roiaume de France mettons et establissons pour nous et en nostre nom, pour faire et ordener de la besoigne ki est entre reverend père en Diu l'evesque de Terouwane d'une part, et nous de l'autre part, d'endroit les provendes de Lilers et sour la disme de Busne et li donnons plain pooir et espécial mandement de compromettre, de paceſier et de faire concorde et d'aprover la concorde ki estoet ordenée par ses devanchiers maistres d'Artois de faire toutes autres choses ke nous porrions et devrions faire se nous estions presens. Et avons et arons ferme et agréable tout ce ke li dis chevalier fera et dira et ordenera pour nous et en nostre nom, ès choses et ès besoignes desus dictes. Et por chou ke ce soit ferme chose et estables, nous avons à ces présentes letres mis nostre scel. Donné à Paris en l'an de grace M CC IIIIxx et XII, le merkredi devant le fieste seint Denis.

Actum Parisius, die lune ante festum Natalis, anno incarnationis domini Mo CCo nonagesimo secundo.

228

[*Concordatum de decima de Busne et de beneficiis ecclesie Lileriensis*].

(1292, décembre).

Ph. dei gratia Franc. rex. Notum facimus universis presentes [litteras A s.
inspecturis quod] cum lis et discordia essent inter dilectos et fideles

nostros episcopum Morinensem, ex una parte, et comitem Attrebatensem, ex altera, tam super duabus partibus decime de Busne quam super patronatu et collatione prebendarum et beneficiorum ecclesie Lileriensis, Morinensis dyocesis, in quibus utraque pars, pro se et successoribus suis, se jus habere et ea ad se pertinere dicebat, tandem quibusdam probis viris interponentibus partes suas inter dictum episcopum pro se et successoribus suis, decani et capituli Morinensis ecclesie ad id accedente consensu, per [1] Renaudum Coignet de Barlete militem dicti comitis habentem ad hoc a prefato comite potestatem et speciale mandatum et quo ad hoc procuratorem ejusdem comitis, pro eodem comite et successoribus suis, compositum est et ordinatum ac finaliter concordatum in modum qui sequitur : videlicet quod dicte due partes decime de Busne, de quibus erat contentio, dicto episcopo Morinensi et successoribus suis episcopis Morinensibus perpetuo pacifice remanebunt et ad ipsum episcopum et successores suos plenissime pertinebunt, dicto procuratore quitante nomine dicti comitis et successorum suorum absque reclamatione aliqua in futurum omne jus quod dicti comes et sui successores se habere dicebant seu habere poterant, aut se habere dicerent vel habere possent in dictis duabus partibus decime de Busne supradicte, nichil penitus in eis retinendo dictumque comitem et successores suos ad hoc astringente et obligante, quod idem comes et successores sui nichil juris, dominii, seu alterius cujuscumque rei in futurum reclamare valeant in eisdem. De patronatu vero predicto, compositum est et ordinatum et concordatum finaliter in hunc modum : videlicet quod ad dictum episcopum et successores suos medietas dicti patronatus et alia medietas ad dictum comitem Attrebatensem et successores suos remanebunt et pertinebunt, isto scilicet modo quod una de sex magnis prebendis quam in dicta ecclesia Lileriensi primo vacare contigerit ad predicti episcopi et successorum suorum collationem et alia de dictis sex magnis prebendis quam secundo vacare contigerit ad dicti comitis [et] ejus successorum [collationem] pertinebit, et similiter una de aliis parvis prebendis que prima [vacabit] ibidem ad dicti episcopi et successorum suorum collationem, et alia de d[ictis] prebendis que secunda vacabit ad predicti comitis vel successorum [suorum] collationem pertinebit, et sic deinceps prebende predicte tam [magne quam

[1] Le texte porte : *et*.

parve] et a dicto comite suisque successoribus in [perpetuum] conferentur. Idem erit de aliis beneficiis ad domini [episcopi] patronatum spectantibus, si que sint que episcopus predictus vel ejus successores primum conferant et dictus comes vel ejus successores secundum, et sic deinceps alternis vicibus ad ipsum episcopum et successores suos et ad dictum comitem et successores suos dictorum beneficiorum collatio pertinebit. Prefatus quoque episcopus omnes fructus dictarum duarum partium decime de Busne per manum nostram tempore litigii perceptos usque ad festum beate Marie Magdalene quod fuit anno domini M° CC° octogesimo nono quitavit, residuis fructibus ipsi episcopo rèmansuris. Prebenda vero dicte ecclesie Lileriensis dudum per gentes dicti comitis collata magistro Roberto de Marchia clerico nostro cum juribus et pertinentiis suis remanebit eidem. Premissa autem dictus episcopus voluit et concessit, prout superius sunt expressa, et dictus Renaudus Coignet habens super hiis potestatem et speciale mandatum a dicto comite, ex potestate et vice sibi ab ipso comite concessis et commissis, premissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, concessit, voluit et promisit, ac eundem comitem Atrebatensem et ejus successores ad observationem omnium et singulorum premissorum obligavit. Et nos, ad supplicationem partium predictarum, compositionem et ordinationem predictas ac premissa omnia et singula approbamus et ea, auctoritate regia, confirmamus, salvo jure nostro et quolibet alieno. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri. Actum Parisius, anno domini M° CC° nonagesimo secundo, mense decembri.

339

(1294, 10 août).

Littere de vidimus litterarum regiarum quod due partes decime de Busne et collatio prebendarum de Lillers alternatis vicibus episcopo pertinent. E. pièce 12. f. 1 C v°

240

[*De testamento magistri Arnulfi Fouache quondam capellano*].

(1302, 3 ou 10 juin).

A s. Universis presentes litteras inspecturis, Ingerrannus dei gratia Morinensis episcopus, salutem. Cum nos et officialis noster intellexissemus quod magister Arnulfus Fouache, capellanus quondam perpetuus in ecclesia Morinensi, decessisset intestatus, et ob hoc nos seu officialis noster bona sua mobilia mandassemus et fecissemus saisiri et arrestari, et nobis et officiali nostro predicto postmodum constitisset ex testimonio ..... quod dictus magister Arnulphus, compos mentis, suum fecerat et ordinaverat testamentum, et cum ..... propter quod nos seu officialis noster predictus mandassemus dicta bona, ut premissum est, saisita et arrestata, dissaisiri et dearrestari, et viri venerabiles, decanus et capitulum Morinense, asserentes jurisdictionem omnimodam in hoc casu premisso et consimilibus ad eos solos et in solidum pertinere et eos esse et fuisse in possessione vel quasi dictam jurisdictionem exercendi et eam possedisse et possidere, vel quasi, nos requisierunt ut nos processum predictum, tanquam in eorum factum prejudicium, quatenus de facto processit, revocaremus et annularemus et denunciaremus non tenere. Nos autem, informati predictos decanum et capitulum fuisse et esse solos et in solidum in possessione, vel quasi, jurisdictionem omnimodam in casu premisso et consimilibus exercendi et ipsos jus predictum possedisse et possidere, vel quasi ; credentes etiam jurisdictionem omnimodam in casu premisso et consimilibus ad dictos decanum et capitulum dumtaxat pertinere, processum predictum et quicquid ex eo et ob eum secutum est quatenus processit, revocamus, et annulamus et denunciamus non tenere. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno domini M° CCC° secundo, die dominica ..... festum beati Vincentii martiris.

241

Littere fundationis capellanie beate Marie Miraculorum site in area, in ecclesia Morinensi, cum oneribus missarum, et emptionis decime de Meternes ad capellaniam pertinentem, ex pecuniis bone memorie reverendi patris domini Jacobi quondam Morinensis episcopi.

(1302-1303, janvier).

Universis presentes litteras inspecturis, J. decanus, Jacobus Morinensis, A°. R. Flandrensis, in ecclesia Morinensi archidiaconi, N. de Falcunberga, J. de Preura, canonici Morinenses, executores testamenti bone memorie reverendi patris ac domini, domini Jacobi dei gratia quondam venerabilis Morinensis episcopi, una cum reverendis patribus dominis Altissiodorensi et R. Constantiensi episcopis, ac viris religiosis dominis L. beate Marie in Bolonia supra mare et E. quondam monasterii Sancti Johannis in Monte Morinensis, nunc monasterii Sancti Judoci supra mare Ambianensis dyocesis, permissione divina abbatibus, salutem in eo qui cor humiliatum non despicit nec contritum. Cum prefatus reverendus pater ac dominus, in suo testamento seu ultima voluntate, inter cetera legaverit et relinquerit mille et ducentas libras turonensium ad emendum redditus annuos et perpetuos pro quadam capellania fundanda et instituenda in ecclesia beate Marie Morinensis et deservienda in ipsa ecclesia ante imaginem beate virginis Marie dei genitricis vel alibi, in eadem ecclesia ubi commodius et competentius possit deserviri, prout in testamento ipsius reverendi patris plenius continetur ; notum facimus quod nos dictam pecunie summam applicamus et convertimus in emptionem cujusdam decime site apud Meternes que tenetur in feodum a domino Morinensi episcopo, valoris triginta et octo librarum parisiensium quam emimus a nobili viro domino Balduino quondam castellano de Balliolo, de consensu reverendi patris ac domini, domini Ingerranni, dei gratia venerabilis Morinensis episcopi ac etiam decani et capituli ecclesie Morinensis, ad opus dicte capellanie et pro dicta capellania fundanda et instituenda in ecclesia Morinensi secundum ordinationem dicti reverendi patris defuncti, pro qua quidem decima capellanus dicte capellanie erit homo ligius episcopi Morinensis ; et tenebitur solvere quilibet capellanus dicte capellanie, cum

primo de ea fuerit investitus, episcopo Morinensi qui pro tempore fuerit, viginti solidos parisiensium, nomine relevii, pro decima supradicta ; ita tamen quod ad nullum aliud servitium teneatur nisi quatenus tenentur archidyaconus et alie persone ecclesie Morinensis. Nec mutato episcopo tenebitur propter hoc iterum solvere pro relevio pecuniam supradictam. De fructibus autem seu redditibus capellanie supradicte, capitulum Morinense, quolibet anno, duodecim libras parisiensium pro distributionibus chori a dicto capellano percipiendis, percipiet et habebit et tenebitur dictus capellanus ad residentiam et alia onera chori subire tenebitur, sicut alii capellani ecclesie Morinensis. Dictam vero capellaniam deservire tenebitur in ecclesia Morinensi, ante ymaginem beate virginis modo infra scripto, videlicet quod idem capellanus singulis diebus de *requiem* pro anima predicti reverendi patris submissa voce celebrabit, diebus sequentibus, exceptis scilicet Natalis domini, Pasche, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Omnium Sanctorum, in quibus alta voce vel missam diei competentem secundum festorum exigentiam, officium diei celebrabit, ac in quinque festivitatibus beate virginis et singulis sabbatis de beata virgine, nec non in anniversario tricenarii et commemoratione dicti reverendi patris et in die commemorationis fidelium defunctorum alta voce de *requiem;* dominicis vero diebus, de spiritu sancto cum memoria defuncti, voce submissa, inter missam matutinam parrochie et missam beate virginis que cantatur retro chorum, tenebitur celebrare, vel si impeditus fuerit, facere celebrari. Et nos executores prefati, ex speciali commissione et auctoritate reverendi patris domini Ingerranni dei gratia venerabilis Morinorum episcopi nobis concessa, dictam capellaniam, modo predicto fundatam et institutam in ecclesia Morinensi, domino Jacobo de Coyeka presbitero de choro Morinensi existenti ista vice contulimus et conferimus propter deum, supplicantes eidem reverendo patri domino Ingerranno dei gratia venerabili Morinensi episcopo quatinus premissa omnia suprascripta in hiis, suum prebendo consensum, dignetur laudare, approbare et auctoritate pontificali confirmare. Et nos Ingerrannus dei gratia Morinensis episcopus predictus, attenta, inspecta et diligenter considerata evidenti utilitate Morinensis ecclesie, et ob remedium anime Jacobi bone memorie predecessoris nostri, premissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, laudamus, approbamus et auctoritate pontificali confirmamus. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum, una

cum sigillis dictorum executorum duximus apponendum. Datum anno domini millesimo trecentesimo secundo, mense januario.

242

[*Accord entre l'évêque de Térouane et la ville de Saint-Omer pour rendre aux représentants de l'évêque le corps d'un clerc exécuté par la justice de Saint-Omer*].

Sans date. (Entre 1302 & 1329).

Traictié est entre les vicaires monseingneur de Therouenne d'une part, E. nº 56. madame d'Artois et la ville de Saint-Omer d'autre, sur le cas mis en ladicte ville à causse d'un clercq appellé Jehan Maxemaeckere, lequel clercq ly eschevins de la ville de Saint-Omer ont jugié à mort et le lieutenant du baillieu de ladicte ville l'a exécuté. Primiers, traictié est que le soubz-bailli de ladicte ville de Saint-Omer appellé Guilleme Ycets fera tant que le corps dudict clercq sera mené de la justice de la ville de Saint-Omer et là sera lidis soubz-bailli et ses sergeans avecq luy et feront ramener ledict clercq en ung linsel bien et honestement, en car ou en carette, par le droict chemin, au veu de ceulx qui le vorront veir, jusques au pié de la halle de la ville de Saint-Omer. Et seront tous dis lidict soubz-baillius et ses sergeans avecq ledict corps dudit clercq tout le chemin devant dit. Item, que le dit corps dudit clercq au pié de la halle ramené, ainsy que dit est, et le soubz-baillieu et ses sergeans là estant presentement, tout ly eschevins qui furent au jugement dudit clercq et le doi qui furent à l'exécution avecq le soubz-baillieu seront là présent. Item, que les choses faictes, ly soubz-baillieux dessusdit restituera et rendra le corps dudit clercq aux vicaires de monseigneur de Térouane se ilz sont là ou à leurs commis, feront leur volenté dudit clercq. Item, que li dis soubz-baillieus dira en ce propre lieu, là présent ceulx quy le vouldront oyr, que cilz Jehans Maxemakre estoit clers et pour ce ilz le restitue aux vicaires monseingneur de Therouenne ou à leur commis qui sera là et jura par son serment qu'il ne vint oncques à sa cognoissance, devant l'exécution faicte, ledit Jehan Maxemakere estre clercq, ne luy estre admonesté de par les vicaires, le doyen, son lieutenent, ne aucuns des gens de monseingneur de Therouenne, et ce qu'il a mesfaict en ce forfet il l'a-

mende simplement et purement à la volunté monseigneur de Therouenne. Laquelle ordenance monseigneur de Therouenne il promettera à tenir par sa foy, et aussy, d'ore en avant, estre au commandement de saincte eglise et obéir. Et ce fait, il demandera humblement absolucion ausdits vicaires ou à leur commis si et en tant qu'il lui convient avoir pour le faict dessusdit. Et ledit vicaire ou leur commis siet en tant que ilz poevent de droict, ly octroyeront. Item, lidict eschevin, là estant present, comme dit est, diront aussy que à leur congnoissance est venu que ledit Jehan estoit clercq et jureront par leurs sermens que ilz ne sçavoient point que il fut clercq, ne aulx ne aucuns d'aux n'avoient esté admonestés de par les vicaires, doyen, son lieutenent ne d'autre les gens de monseigneur de Therouenne sur la clergie dudit clercq, touttes voies tout le mesfaict en ce, pour fere honneur à Dieu, à sainte Eglise, à monseigneur de Therouenne [ilz l'amendent simplement et purement] et promectent à tenir l'ordonnance monseigneur de Therouenne sur ce et demanderont leur absolucion humblement par pareille voie que dit est devant au soubz-baillieu. Et promectront ly dis eschevin par leur serment dore en avant estre et obéir aux mandemens de sainte Eglise. Item, il est traictié que d'ung clercq appellé Jehan Rotier, lequel ilz avoient aussy jugié à mort, sans ce que il se dit estre clercq ne que ilz en feussent admonesté, que ilz le rendront et lairont prendre et remmener et faire au plaisir desdis vicaires ou de leur commis.

213

Copia statuti extracti ex antiquo registro in percameno in buffeto ecclesie Morinensis in capitulo existenti.

(1309, 15 juillet).

B. f° 75 v°. (Le doyen et le chapitre s'engagent à ne pas admettre de bâtards).

244

[*Revocatio cujusdam citationis facte a Johanne dicto Paiele clerico in curia Morinensi notario*].

(1310, 3 mai).

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Morinensis salutem in A s. domino. Cum Johannes dictus Paiele clericus, in curia Morinensi notarius et pretextu cujusdam mandati a curia Morinensi, ad instanciam Johannis Promiart (?), impetrati quod a consciencia nostra nullatenus ....., Petrum dictum Revel, servitorem et famulum venerabilis viri magistri Johannis de Preura decani et canonici ecclesie Morinensis, citaverit, monuerit et inhibiciones quasdam ..... et contra dictum Petrum executioni ..... in domo claustrali dicti domini decani et ....., in quos servitorem et locum nullam prorsus jurisdictionem habemus, notum facimus quod nos dictas citationem, monitionem et inhibicionem et quicquid secutum est ex eisdem, dictumque mandatum et ejus effectum pro nullis tenemus et habemus et quatenus de facto processerunt totaliter revocamus, nec tenere nec ab initio tenuisse, tenore presentium, confitemur. In cujus rei testimonium, litteris presentibus sigillum curie Morinensis duximus apponendum. Datum anno domini M° CCC° decimo, die dominica ante festum beati Michaelis arcangeli. — Sic signatum : Bouldiot.

245

[*Abrogatio monicionum et processuum factorum contra Johannem prepositum Morinensem*].

(1312, 27 août).

Universis presentes litteras inspecturis, Ingerrannus dei gratia Mori- A s. nensis episcopus, salutem in domino. Notum facimus quod nos moniciones ..... factas et processus habitos, auctoritate officialis nostre curie Morinensis, contra Johannem dictum prepositum venerabilium et discretorum virorum decani et capituli ecclesie Morinensis, ad instanciam Wil-

lelmi de Fleternes clerici Morinensis dyocesis ut ..... quia idem prepositus servitor eorundem decani et capituli ..... existere in hiis scriptis quatenus de facto processerunt, revocamus, annullamus, et pro nullis habemus. In quorum testimonio sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno domini M° CCC° XII° die [dominica] ante festum decollationis beati Johannis Baptiste.

246

[*Revocatio cujusdam adjornationis facte in prejudicium capituli per Willernum dictum de Wavrans ballivum Morinensem*].

(1315-1316, 10 mars).

A s. In nomine domini amen. Pateat universis quod in [presentia] ..... subscriptorum ..... et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personali comparuere, anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quinto decimo, indictione tertia decima, die decima mensis Martii, apostolica sede vacante, vir venerabilis et discretus dominus Hugo decanus ecclesie Morinensis ex una parte, et Willermus dictus de Wavrans ballivus Morinensis ex altera ; dictus dominus decanus asserens dictum ballivum Johannem dictum Le Prevost, servientem et familiarem venerabilis viri domini Hugonis dicti de Ays canonici ecclesie beate Marie Morinensis, pretextu cujusdam homicidii in civitate Morinensi perpetrati in personam domini Roberti, quondam curati de Humberch, Morinensis diocesis, coram se adjornasse seu vocasse super dicto facto, in quem dictus decanus asseruit dictum ballivum sive laicalem justiciam quamcunque, jurisdictionem aliquam non habere, verum dictos decanum et capitulum Morinense et canonicum supradictum. Eundem ballivum cum instantia requisiverunt ut hujusmodi adjornationem seu vocationem penitus revocaret et pro nulla haberet. Dictus ballivus respondit quod non erat nec esset intentionis sue per adjornationem seu vocationem hujusmodi privilegiis dictorum decani et capituli seu personis de capitulo, seu servitoribus eorumdem aliquod prejudicium generari et dictam adjornationem pro nulla tenebat et habebat, et idcirco destitit et desistit ab adjornatione et vocatione predictis, nullum volens eisdem inferre vel eorum privilegiis detrimentum. Actum in ecclesia Morinensi, circa horam

nonam, scilicet anno nativitatis domini, indictione, die et mense predictis: presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Roberto de Vallibus archidiacono Flandrensi, in ecclesia Morinensi, Hugone de Lugduno scholastico Morinensi, Hugone et Eustachio dictis de Ays, Waltero Scorebat et pluribus aliis canonicis Morinensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Jacobus dictus Rosa clericus Morinensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, nec non et prefectorie dignitatis alme urbis judex ordinarius et notarius publicus, premissis presens interfui, ea per fidelem notarium scribi feci et in hanc publicam formam redegi et me subscripsi et in ea signo solito meo consueto signavi rogatus.

247

Littera quomodo canonicus Morinensis, in facto criminali servitori suo, fama referente, imposito, usus est jurisdictione spirituali, et officialis Morinensis litteras suas de contenta (?) ad exequendum mandata predicti canonici per ecclesias diocesis episcopo subjectas concessit.

Sans date (après le 10 mars 1315-1316).

Viro venerabili et discreto domino officiali Morinensi Hugo de Ays ca- A°
nonicus Morinensis salutem in domino....

(Toute la fin de cet acte, qui se trouve sur le dernier feuillet du volume, est absolument effacée).

248

(1324-1325, 1er avril).

Litterae abbatis Sancti Vulmari in Bolonia per quas monachorum loci D pièce CXV.
in criminalibus episcopo datur pugnitio.

249

Compositio per copiam inter episcopum ac decanum et capitulum Morinense [1].

(1337, 26 novembre).

B. f° 67, et CIJ. (Composition conclue entre Raymond, évêque de Térouane d'une part et son chapitre cathédral de l'autre, par les deux nonces du pape, Pierre, cardinal prêtre du titre de Sainte-Praxède et Bertrand, cardinal diacre de Sainte-Marie *in Aquiro)*.

..... super eo quod dicti decanus et capitulum se fore exemptos ab omni jurisdictione et subjectione prefati domini episcopi, et ad eosdem decanum et capitulum pertinere jurisdictionem, correctionem et punitionem in et super canonicos ipsius ecclesie ac etiam eorum familiares, nec non capellanos et servitores canonicorum et capituli et alios quoscumque clericos chorum dicte ecclesie frequentantes, ac etiam ex eo quod in ecclesia, claustro, atrio ac mansionibus canonicorum ipsius ecclesie Morinensis jurisdictionem omnimodam se habere dicebant; prefato domino episcopo contrarium in omnibus asserente..... Constitutis coram nobis apud Wissant, Morinensis diocesis, in domo habitationis nostri Bertrandi cardinalis prefati, domino Raymundo episcopo memorato pro se ipso et ecclesia sua Morinensi et Joanne de Colomedio canonico ejusdem ecclesie et procuratore et procuratorio nomine decani et capituli predictorum ..... coram nobis ambobus cardinalibus et nunciis antedictis, domino Reymundo episcopo Morinensi ex parte una ac Balduino de Chantareina decano, Watero Sterlot penitenciario, Joanne de Cresciaco, Joanne de Dohem [2] et Johanne de Colomedio canonicis dicte ecclesie Morinensis propriis nominibus eorumdem et predicto Joanne de Colomedio procuratore, nomine procuratorio antedicto ex parte altera.... *(Suit le détail de la composition)*.

Datum et actum apud Wissant, Morinensis diocesis, in hospitio habita-

[1] M. Duchet n'avait pas transcrit le texte complet de ce document ni de quelques autres; ne pouvant me reporter aux cartulaires originaux pour compléter les textes ou modifier les analyses j'ai pris le parti de laisser subsister ses notes telles quelles et sans y rien changer. — (A. G.)

[2] Le texte porte : *Bohem*.

tionis nostri Petri cardinalis predicti, die vicesima sexta mensis novembris, anno nativitatis domini millesimo tricentesimo tricesimo septimo, indictione quinta, pontificatus sanctissimi patris domini Benedicti divina providencia pape duodecimi anno tertio, presentibus venerabilibus in Christo patribus dominis Arnoldo episcopo Astensi et fratre Bernardo electo Ostensi, ac venerabilibus viris dominis Egidio de Benavento decano Legionensi [1], Petri Fernandi archidiaconi de Pediochie in ecclesiam Cordubensem et Bernardo de Novo Dampno canonico Belvacensi, sacri palacii domini pape auditoribus, nec non domino Ammalino Bonafos, priore de Volio, Magalonensis diocesis.

250

Declaratio dicte compositionis propter modum procedendi contra justiciarios laicales dicti capituli.

(1338, 25 septembre).

(Déclaration faite par les cardinaux sus-nommés, en vertu dudit compromis pour indiquer comment l'évêque ou son official devait procéder contre le chapitre ou plutôt contre les officiers de justice du chapitre pour les empêcher de faire obstacle à la juridiction épiscopale). C. pièce XI

Acta fuerunt hec Attrebati, in hospitio monasterii Sancti Wedasti, anno nativitatis domini millesimo tricentesimo tricesimo octavo, indictione septima, die vicesima quinta septembris, pontificatus sanctissimi patris et domini Benedicti divina providentia pape XII anno quarto, presentibus, etc. *(Les mêmes témoins que dans la pièce précédente).*

251

De confraternitate decani et capituli Morinensis cum decano et capitulo ecclesie beati Jacobi apostoli de Compostello in Gallecia.

(1339, 25 avril).

Venerabilibus et discretis viris dominis decano et capitulo ecclesie Mo- D. pièce CCLXXII.

[1] Le texte porte : *Leoginensi.*

rinensis, Ricardus decanus et capitulum ecclesie beati Jacobi apostoli de Compostella in Gallecia, salutem in eo qui est omnium vera salus. Devote intentionis vestre litteras recepimus continentes quod a majoribus vestris predecessoribus, didiceratis inter nostram et vestram ecclesias vinculum mutue confraternitatis esse contractum, propter quod, in orationibus atque aliis piis operibus vestris, nos et nostram ecclesiam apud deum participes reputantes ; et de modo et forma confraternitatis certificari per nostras litteras petebatis. Nos igitur, attendentes laudabile propositum vestrum, omnes archas et scrinia nostrarum scripturarum fecimus perscrutari et nullam super hoc scripturam penitus invenimus. Sed quia tenemur precepto beati Petri apostoli dicentis : fraternitatem diligite ante omnia autem in vobis semetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum, hospitales invicem, sine murmuratione, de vestra confraternitate et vinculo caritatis in Cristo mimirum congaudentes, juxta illud apostoli : alter alterius onera portate, in omnibus orationibus atque aliis piis operibus nostris, vos et vestram ecclesiam participes per presentes recepimus coram Deo et ad omnia alia que vera fraternitas et sancta dilectio caritatis se extendit, sicut in actibus legitur apostolorum : multitudo credentium erat cor unum et anima una, et omnia illis erant communia. De qua dulci atque jucunda confraternitate has presentes litteras nostro sigillo roborata in memoriam vobis damus, petentes a vestra caritate nobis similes transmitti quam citius vobis fuerit oportunum. Valeat vestra veneranda discretio in gratia et veritate. Datum in nostro [capitulo] Compostellano, in festivitate beati Marci evangeliste, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo nono.

252

(1340, 4 juillet).

C. pièce CXXXII. *Copia compositionis facte inter dominum Morinensem et ecclesiam Sancti Petri Ariensis.*

253

Compositio per copiam inter episcopum ac decanum et capitulum Morinensem.

(1343, 18 mars).

(Confirmation par le pape Clément VI de l'accord conclu à Wissant, le 26 novembre 1337, au sujet de la juridiction épiscopale. — Voy. n° 219). B. f° 58 v°.

254

Accordum temporaneum per vitam unius episcopi super qualitate solutionis baculi pastoralis seu potente in quo dominus abbas Sancti Bertini tenetur episcopo Morinensi.

(1345, 12 avril).

Universis presentes litteras inspecturis, Raymundus miseratione divina Morinensis episcopus et Alelmus eadem permissione abbas monasterii Sancti Bertini in Sancto Audomaro, ordinis Sancti Benedicti, Morinensis diocesis totusque ejusdem monasterii conventus, salutem in domino. Cum lis, controversia seu debatum verteretur seu verti speraretur inter nos episcopum memoratum ex una parte, et nos abbatem et conventum ex altera, super eo quod, licet ab antiquis temporibus, nos abbas et conventus predicti, solveremus et consueveremus solvere, nomine nostri monasterii, predicto dicto reverendo patri et domino nostro et ejus antecessoribus Morinensibus episcopis qui fuerunt pro tempore seu eorum mandato, Morinis, singulis annis in die Paraceve sive cene domini, quendam baculum pastoralem argento paratum in forma baculi vocati *potente*, una cum duobus hercinis coriis et duobus sextariis vini ad abluendum altaria ecclesie Morinensis, essetque et fuisset debatum inter nos partes predictas super et de forma et valore baculi antedicti, pro eo quod nos episcopus predictus asserebamus et dicebamus quod, licet antecessoribus nostris predicta debite soluta fuissent, dictus baculus non solvebatur nobis nec solutus fuerat a tempore quo ecclesie Morinensi prefuerimus in debito seu sufficienti valore, nec etiam in debita forma, cum in litteris, registris et privilegiis C. pièce CL.

apostolicis nostris et dicte ecclesie Morinensi fidem plenam facientibus repertum fuisset et clare appareret quod ecclesia Sancti Bertini in Sancto Audomaro debet ecclesie Morinensi, anno quolibet, in die Parascheues, pro censu annuo, duo coria hircina et duos sextarios vini ad abluenda altaria et unum baculum pastoralem argento paratum et valens duodecim argenteos, et nobis solverent et solvissent a novem annis citra et anno quolibet dictorum novem annorum baculum predictum in longe minori valore et in alia forma, videlicet in forma baculi vocati *potente* que potenta que non est baculus pastoralis sed baculus infirmorum que erat et est contra litteras, registra et privilegia predicta et eorum tenorem ac in prejudicium, dampnum et gravamen nostri et episcopi predicti et ecclesie nostre Morinensis predicte ac contra decenciam ac honestatem dignitatis episcopalis nostre et Morinensium episcoporum, prout nos episcopus predictus dicimus et dicebamus, nobis abbate et conventu predictis dicentibus quod non debebamus compelli, sicut non tenebamur ad solvendum dictum baculum in aliis forma et valore quam in illis in quibus a nobis solvi consueverit ab antiquo, videlicet in forma potente predicte et ad valorem duodecim Artesiensium argentorum qui solebant currere in civitate et diocesi Morinensi, in villa Sancti Audomari et in monasterio Sancti Bertini predictis, et quod ad predictos formam et valorem ipso reverendo patri et successoribus suis consuevimus solvere et non alia forma, nec in majori valore, nec de alia forma, nec de pluri valore tenebamur nec tenemur usu et consuetudine nostris interpretrantibus *(sic)* et quod pro tali forma et pro tanto valore dumtaxat consuevimus et in possessione longissima sumus et fuimus essendi quicti, liberi et immunes erga ipsum reverendum patrem et ejus antecessores predictos et quod, solvendo dictum baculum in forma potente predicte et valore ut dictum est a nobis solvi consuetis, liberari debebamus. Nobis episcopo predicto negante quod moneta Artesiensis cursum haberet in civitate Morinensi, in qua dictus baculus pastoralis solvi debet, nec etiam in alia terra ecclesie Morinensis seu ejus resorto, maxime cum predicte civitas et terra in nullo subsint comiti Atrebatensi, nec unquam subjecte fuerint temporibus retroactis, asserentes etiam quod moneta regis Francie solum cursum habet in civitate et terra predictis et olim habere consuevit et non moneta Arthesiensis predictorum et quod duodecim argentei de quibus in dictis registris et litteris apostolicis mentio habebatur, longe plus valebant quam dicti Ar-

thesienses vel etiam Turonenses argenti dicti domini nostri regis, propter quod petebamus quod dicti abbas et conventus, de arreragiis novem annorum, in vero valore dictorum duodecim argenteorum pro anno, nobis satisfacerent et promitterent quod se sufficienter obligarent pro ex nunc nobis et successoribus nostris dictum baculum ornatum seu paratum argento usque ad valorem duodecim dictorum argenteorum vel eorum juste estimacionis solverent, anno quolibet, in die Parascheues, prout in dictis registris et litteris apostolicis dicitur contineri. Noveritis quod, inter nos partes predictas, pro bono pacis et ad tollendum omnem litis et dissensionis materiam, in modum qui sequitur exstitit concordatum : videlicet quod nos, abbas et conventus predicti, annis singulis, in die Parasceues predicto, quandiu dictus reverendus pater et dominus noster dominus Reymundus erit episcopus Morinensis, solvemus Morini eidem reverendo patri seu ejus receptori dictum baculum pastoralem in forma potente predicte argento paratum, in valore duodecim Turonensium grossorum argenti de cirquo regis Francie, boni et legittimi argenti et ponderis, talium videlicet quorum sexaginta faciant vel ponderent marcham argenti, et hoc sub conditionibus et modificationibus infrascriptis, videlicet quod solutio predicta baculi antedicti dicto reverendo patri quamdiu erit episcopus, ut est dictum, facienda, nullum afferat nobis abbati et conventui predictis seu monasterio nostro predicto aut predecessoribus *(sic)* prejudicium seu gravamen, in proprietate et possessione vel saisina, nec amplius obligemur, per hujusmodi solucionem, erga dictum reverendum patrem seu ejus successores quam eramus obligati antequam dictus reverendus pater esset episcopus Morinensis, nec eidem reverendo patri seu successoribus suis plus juris acquiratur per solucionem predictam quam erat seu esse deberet prima die qua fuit Morinensis episcopus seu antea acquisitum. Et quod si, in majori valore quam supradiximus dictum baculum solvamus de cetero, quamdiu ipse erit episcopus Morinensis, ut dictum est, quam teneamur, illud plus valoris reputetur et reputari debeat de gratia et non de debito persolutum, et si in valore predicto vel majori teneremur dictum baculum solvere, remaneamus persolucionem predictam quicti et liberi et etiam de arreragiis supradictis, si in aliquibus teneremur erga dictum reverendum patrem seu successores ejusdem, pro tempore quo dictus dominus Reymundus prefuit dicte ecclesie Morinensi. Et nos, episcopus Morinensis, abbas et conventus predicti, hujusmodi accordum inter nos partes pre-

dictas, cum conditionibus et modificationibus predictis, pro bono pacis factum concordamus, laudamus et approbamus et predictis concordatis nostrum, pro nobis et ecclesiis nostris, prebemus consensum pariter et assensum. Et etiam sub tali condicione et pacto quod postquam nos episcopus predictus predictam Morinensem ecclesiam per translationem, cessum vel decessum dimiserimus, successores nostri sint et remaneant in eisdem jure, actione et petitione per omnia quantum ad possessionem et proprietatem in quibus nos eramus et esse poteramus vel debebamus pro anno et in die Parascheues primi anni quo venimus ad predictam ecclesiam Morinensem et eque dicti abbas et conventus, in suis. In quorum testimonium premissorum et plenam roboris firmitatem, nos partes predicte sigilla nostra his presentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum duodecima die mensis aprilis, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo quinto.

255

Copia bulle donationis cappe serice ac ciborii ad deferendum corpus domini in die sanctissimi sacramenti.

(1349, 18 mai).

B. f° 72 v°. *Le pape Clément VI donne à l'église de Térouane :* unam capam sericam de brodatura cum perlis et armis nostris ac certis apostolorum et prophetarum ymaginibus operatam, necnon quoddam ciborium seu vas de argento, deauratum, cum armis nostris etiam esmallatum, ad deferendum sacrum corpus dominicum, sexdecim marchas et unam unciam ac sex denarios ponderans ad opus ecclesie memorate que de novo fieri fecimus ..... *(Le pape stipule en outre que l'évêque seul pourra porter la chape au dehors)* ..... Datum Avenione XV kal. junii, pontificatus nostri anno octavo.

256

Accordum cum capitulo Morinensi super admissione queste fabrice Morinensis, super suspensione procuratoris capituli a procuratione per officialem Morinensem facta, super expulsione excommunicati ab ecclesia Morinensi pro injectione manuum violenta in canonicum, super sigillatione litterarum capituli sine pecunia.

(1350-1351, 17 janvier).

In nomine domini amen, universis presentes litteras inspecturis, vicarii generales in spiritualibus ac temporalibus reverendi in Christo patris et domini, domini Raymundi dei gratia Morinensis episcopi, in remotis agentis, et decanus et capitulum ..... *Les vicaires-généraux promettent de donner au chapitre, au nom de l'évêque et sans préjudice pour ce dernier, des lettres pour la fabrique,* ac pro questa ejusdem quam nos decanus et capitulum dicebamus fore impeditam seu contradictam per dictum reverendum patrem seu ejus gentes ..... *et le chapitre renonce à tout appel en cour de Rome.* C. pièce XXIV.

L'official de Térouane rendra (et jam reddidit) *à Jean Lermoyer, l'office dont il a été privé, pour en jouir pleinement comme avant sa suspension.*

Il est de part et d'autre renoncé au procès soulevé entre le chapitre et le sire Pierre de Coronis *et à l'appel fait par celui-ci à la cour ecclésiastique de Reims.*

Quant à Baudouin de Sains (de Sanctis), *excommunié par le chapitre pour avoir porté la main sur messire Guy de Moustiers* (de Monasterio), *chanoine de Térouane, il s'efforcera d'obtenir l'absolution du pape, après quoi le chapitre ne refusera pas de l'admettre dans l'église. S'il l'essayait auparavant l'office divin cesserait. Le chapitre ne s'opposera pas toutefois à ce qu'il l'entende ailleurs.*

Les lettres du chapitre seront, comme antérieurement au procès pendant pour cette cause devant le prévôt de Montreuil, scellées, sans que l'évêque ait le droit d'exiger aucune somme d'argent.

Quant aux autres matières de discussion : videlicet scolarum rerum venalium deferendarum ante portam ecclesie Morinensis, famuli dicti domini Guidonis de Monasteriis, Guillermi de le Carnoye, famuli domini

Bartholomei de Cherrandis, Arrengote, de panno et ejus inspectione, *le chapitre choisit messire Pierre Barbe, les vicaires-généraux et messire Pierre* de Coronis *pour servir d'arbitres ; en cas de désaccord :* nobilis vir dominus de Cresecque miles, *se joindra à ces arbitres et ce qui sera décidé par eux est d'avance accepté.*

Datum, actum, concordatum et promissum anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, secundum morem et stilum curiae Morinensis, die decima septima mensis januarii. — Sic signatum : N. de Columbi.

257

Letre du S^r^ de Cohen que la disme de Berghes gisant en la paroisse de Blaringhem appartient aux S^rs^ doien et chapitre de Therouenne.

(1351, 1^er^ août).

A [3]. A tous chiaus qui ches presentes letres verront ou orront, Guillaumes chevalier sires de Cohem, salut en nostre signeur. Comme questions et debas eussent estei meu entre nous d'une part, et venerables hommes et discrés le doyen et le capitle de l'église de Terewane, d'autre part, pour le dime de Berghes gisant en le parroche de Blaringhem, lequelle nous disiemes estre nostre et appartenir à nous, lidessusdit doyen et capitle disant le contraire, ledite dime appartenant à aus et à leur église et avoir y boen droit et loyal title de tenir et lever le, si comme il ont fait dès lonc tans qu'il n'est memoire du contraire. Cognute cose soit à tous que nous, pour esciver tous debas et pour pais et transquillité avoir avoec les dessusdis doyen et capitle et pour estre en leurs prières et orisons, nous bien et à plain enfourmé de leur boen droit et title, juste et loyale possession des devantdis doyen et capitle, que il ont eu et ont en ledite dime, recognissons, par le teneur de ces presentes letres, ledite dime de Berghes, gisant en ledite parroche de Blaringhem, avoec toutes les appartenanches d'icelle, appartenir et devoir appartenir as dessusdis doyen et capitle, à aus et à leur église perpetuelement et en ycelle avoir eu et avoir boen droit et title et boine et juste action de lever le et possesser le, si comme il ont levé, goy et possessé et goent et doivent goïr d'icelle pasivlement et perpetuelement, et à tout le droit, title et action, que nous, pour nous, pour nos hoirs et pour nos successeurs y poons

avoir et reclamer en le dite dime, où tans à venir, avons renonchiet et renonchons par le teneur de ces presentes ; et avons promis et prometons en boine foy, pour nous et pour nos hoirs et successeurs, que nous, en le dite dime ne demandons ne reclamons aucun droit, ne demanderons ne reclamerons desore en avant, ne meterons ne ferons faire empéchement aucun ne perturbation, ains larons goir et possesser les dessusdis doyen et capitle et leur eglise de ledite dime pasivlement et à tous jours desore en avant, si comme dit est par desus, et chou, sour l'obligation de tous nos biens, de nos hoirs et de nos successeurs aiant cause de nous en quelconque lieu il porront estre trouvé. En tesmoignage de vérité des coses dessusdictes, nous avons mis no seel à ces presentes letres, faites et données à Cohem, en l'an de grace mil trois chens chincquante un, le primier jour du mois d'aoust.

258

Accordum cum capitulo super ancilla unius canonicorum et capitulatione servitorum canonicorum, super institutione rectorum scolarum, scolastica vacante, super officio thesaurario, thesauraria vacante, quod tenetur thesaurarius ad homagium episcopo, super institutione multoris molendinariorum (sic) *in majori molendino Morinensi.*

(1352, 1er mai).

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou orront, Jehan du Fresne, prevost de Monstroeul, salut. Comme sur plusieurs complainctes en cas de nouveleté plusieurs causes et procès feussent meu et pendant pardevant nous à Monstroeul en reverend père en Dieu, monseigneur l'évesque de Therouenne d'une part et honorables et discretes persones le doyen et chapitre de Nostre Dame de Therouenne et messire Guy de Mousties canone de laditte eglise divisément d'autre part. Et assçavoir sur ce que ledict de capitle s'estoient dolu en cas de nouveleté par devers Mahieu Robin sergeant du Roy, leur gardyen, de ce que ly officiaulx de Therouenne avoit faict citer par devers luy Marguo Herengote laquelle, ledict chapitre disoient, est familière de sire Simon de Gran leur canoine et de laquelle, à la cause dicte, la congnoissance leur appartenoit seulz et pour le tout. Item, sur ce que ly dis sire Guy des Moustier canoines de C. pièce XXV.

ladicte eglise s'estoit dolu et complainct par devers le prevost de Monstroeul ou son lieutenant, dudict monseigneur de Therouenne, son bailly ou ses gens, pour le prinse de Jehan Subgect, lors varlet dudict chanone, faicte par les gens dudict monseigneur l'evesque, et duquel varlet lydis chanoines disoit appartenir le congnoissance, correction et punition à luy ou ausdits de chapitre seulx et pour le tout. Item, sur ce que lesdits du chapitre s'estoient dolus en cas de nouveleté dudict monseigneur l'evesque ou son bailli, pour le prinse d'une espée et d'ung boucler faicte par ledict bailly sur Henriet Gualet, lequel ilz disoient estre varlet et familier de messire Berthelemeu de Charrande leur concanone ; duquel Henry et de ses biens, à la cause dicte, la congnoissance appartient ausdits de chapitre seulz et pour le tout, si qu'il dient. Item, sur ce que ledits du chapitre s'estoient dolus en cas de nouveleté du bailly de Therouenne pour la prinse de Guilleme de le Carnoie faicte par ledict bailly en la terre desdits du chapitre, si qu'il disoient. Item, sur ce que lesdis du chapitre de Therouenne s'estoient dolu en cas de nouveleté dudict monseigneur de Therouenne pour la presentation et institution du maistre d'escolle, vacant l'écolatrie ; laquelle presentation, combien qu'elle n'eust mie esté faicte par monseigneur de Therouenne en la maniere usée et accoustumée, ne en temps et en lieu deu, touttes voies s'estoit efforchiés de mectre esdites escolles et y mist de faict certaine persone pour icelles gouverner en leur prejudice, ce qu'ilz disoient. Item, sur ce que ledit du chapitre s'estoient dolu et complainct en cas de nouveleté dudict monseigneur de Therouenne de ce qu'ilz disoient luy estre defaillant de administrer pluissieurs choses en l'eglise de Therouenne accoustumées à estre administrées par le trésorier de ladicte eglise ; laquelle tresorie il tient presentement à sa main, comme son fief, par la mort du trésorier et sur ce avoient faict ceulx du chapitre deux complainctes. Item, sur ce que ly protureurs dudict monseigneur de Therouenne s'estoit dolu en cas de nouveleté desdicts du chapitre pour ce qu'il disoit qu'ilz avoient levé plussieurs oblations et choses appartenant à luy à cause de ladicte trésorie. Item, sur ce que ledict du chapitre s'estoient complaint en cas de nouveleté de monseigneur de Therouenne, pour cause de l'institution des mauniers des molins de Therouenne que l'on dit *les Grans*, laquelle institution avoit esté faicte par les gens dudict monseigneur l'evesque en leurs prejudice, si qu'ilz disoient. Sachent tout que aujourdhuy sont comparus pardevant nous,

Pierres Adam, procureurs dudict reverend père en Dieu monseigneur l'evesque de Therouenne et Gilles ly Parmentier, procureur desdits doyen et chapitre et de messires Guy de Moustier de ladicte eglise, et ont recongnut pour ce que lesdictes parties desirent et affectent d'avoir paix et amour entre elles et à esquiver toutte matière de plaist et controversie, elles sont accordées sur tous les cas dessusdicts en la manière quy s'ensuyt. Et premier, sur le cas faisant mention de Margue Hengerotte *(sic)*, accordé est entre elles parties que, pour ce qu'il n'est mie apparu se ladicte Margue estoit familière ou non dudict sire Simon de Gran canone de ladicte eglise, ly dis officiaulx se deportera et deportent de la citacion que faicte avoit esté et est mise à néant et ladicte complaincte et oppositions ensement sont mises au nient, aussy que se oncques n'en fust riens advenu. Item, sur le cas faisant mention de Jehan Subgect, varlet dudit messire Guy de Moustier, accordé est entre elles parties que le prinse d'icellui Jehan, complaincte et opposition sur ce faictes, sont mises au nient et sera tenue de warder une composition pieça faictes entre lesdites parties faisant mention des familiers desdits chanoines et de plusieurs autres choses, laquelle composition fust faicte du consentement des parties par nos seigneurs les cardinaulx, est assçavoir de Montfavier et d'Espaingne et confirmée de no saint père le pape, nonobstant cest present accord. Item, sur le cas faisant mention de Henry Callet, accordé est entre parties que la prinse d'icelluy Henriot, la complaincte et opposition sur ce faictes sont mises à nient et sera tenue et wardée ladicte composition comme dessus est dit, et seront rendu audit Henriot son espée et bouclier. Item, sur le cas faisant mention de Guilleme de le Carnoye, accordé est entre elles parties que la complaincte et oppositions sur ce faictes seront mises au nient, tant sauf que, s'il poent estre sceu que ladite prinse dudict Guilleme fut faicte en la terre du capitle, ilz en seront restably, et se ce ne poeult estre sceu, ladicte prinse demourera au droict de monseigneur de Therouenne. Item, sur le cas faisant mention des escolles, accordé est entre elles parties que, vacant la dicte escolatrie, monseigneur de Therouenne, par luy ou par ses vicaires generaulx, presentera ausdicts de chapitre, la veille de saint Jehan Baptiste à heure accoustumée certaine persone ydoine pour le *regimen* desdictes escoles et pour l'introduction des enfans, se il a ladicte persone presente, et se non, il le presentera par non. Et seront tenu lesdicts de capitle de icelluy recepvoir en la maniere

accoustumée des autres par si, que se le persone nommée ne vient dedens quinze jours aprez ladicte presentation et gouvernement des escoles, lesdits du chapitre en polront user à leur droict. Et si lidis messire li evesques ne presentoit en la forme dicte, audict jour, lidict du chapitre y polroient mectre ung autre et est entendue la vacation de ladicte escolastrie jusques à ce qu'il y aura escolastre receu en l'eglise. Item, sur les deux complainctes faictes par lesdicts du chapitre, faisant mention de la tresorie, accordé est entre elles parties que li dis messires li evesques, vacant ladicte tresorie, administrera les biens de ladicte thesorie en la manière accoustumée quant il y a tresorier en ladicte eglise ou ailleurs où ledict capitle feront le service de l'eglise sans fraulde, selon l'ordonnance de l'eglise. Et touttes voies lidis messires ly evesques ne seront tenus de riens restituer, se ly proufict de ladicte tresorie valoient mains que ce quil convint administrer en l'eglise, fors tant seulement ce qu'il en auroit receu ; et des choses appartenans à ladicte tresorie seront tenu lydit de chapitre de rendre compte audict monseigneur l'evesque ou à ses gens et fere satisfaction de ce que receut auront, et de ce quy est receut de chacune partie, se fera compter raison et restitution. Item, sur la complaincte faicte par le procureur de monseigneur de Therouenne, faisant mention de la trésorie, accordé est entre elles parties que, parmy ce que ladicte tresorie est tenue en fief de monseigneur l'evesque, et que par faulte de homme il le peult tenir en sa main et user en, messeigneurs ly evesques ou ses vicaires généraulx nommera certaine persone de l'esglise qui recepvra et rendra bon compte des oblations et autres prouflictz des eglises à monseigneur l'evesque comme trésorier, laquelle persone lesdicts de chapitre seront tenu de recepvoir. Item, sur le cas faisant mention de l'institution des magniers, accordé est entre elles parties que lesdicts de chapitre sont et seront tenu de querre et trouver les magniers pour servir les dicts mollins, et à iceulx payer leurs sallaires et faire amener les par devers monseigneur de Therouenne ou son bailly et eschevins, par devant lesquelz lesdicts magnier seront tenu faire serment en la manière accoustumée et ce faict, lesdicts du capitle les polront aller instituer ausdicts mollins. Item, accordé est entre lesdictes parties que pour les exploix dessusdicts faictz par les parties pour les complainctes et oppositions sur ce faictes, aucuns nouveaulx droictz ne soit acquis à aulcun d'eulx en saisine ou en propriété et que chils presens accors ne porte

aucun préjudice à leurs droitz ou privilèges ne ensement à aucunes compositions autresfois faictes entre eulx, mais demeurent tousdis en leur vertu, sans pour ce estre en riens empirez, excepté les choses accordées par chy dessus, lesquelz demeurent et demoureront tousdi en leur forche et robuer. Touttes lesquelles choses, en la maniere que elles sont dessus escriptes, ly dessusdict Pierres, comme procureurs dudict monseigneur de Therouenne et lydis Gilles, comme procureur desdicts doyen et chapitre et de messire Guy de Moustiers, ont encoires agneues et accordées par devant nous, et ont volu que les mains du Roy assyze sur les choses contencieuses soit levée entièrement et parmy ce, se sont departy et departent des prochés sur les choses dittes, faictz et encommenchiez, tant sur les causes principaulx comme sur les recreanches. Et ont promis, ès noms comme dessus, à tenir les choses dessusdictes fermes et estables dores en avant par l'obligation des biens et temporel appartenans à leurs dicts maistres ; à touttes lesquelles choses nous, de leur consentement, nous sommes accordé et les volons et greons, sauve nos droictz et les aultruy en touttes choses et leur avons faict commandement, ès noms comme dessus, de tenir et ademplir les choses dessusdictes, sans de riens aller contre, lequel commandement ilz ont de nous receu et s'y sont submis. En tesmoing de ce, nous avons mis nostre seel à ces presentes lettres, faictes, données et recogneutes pardevant nous à Monstroeul, le mardy jour saint Philippe et saint Jacque et premier jour de may, l'an mil trois cens et cinequante deux. — Ainsi signé : Eveleux.

259

Accordum inter episcopum et civitatem Morinensem super prohibitione burgensibus facta de non vendendo Morini vina, nisi postquam gentes episcopi sua vendidissent et super translatione sedis episcopalis ad Ariam et ejus reditu ad civitatem Morinensem.

(1354-1355, 9-17 février).

Johannes dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, visis litteris nostris curie nostre presentatis formam que sequitur continentibus : C. pièce XXIX

Johannes dei gratia Francorum rex, dilectis et fidelibus gentibus nostris

parlamentum ..... *(Il expose que l'évêque d'une part, le chapitre, les échevins et l'avoué d'autre part, en ont d'abord appelé devant le parlement, puis ont témoigné leur intention de s'accorder et ont demandé licence de faire cet accord).* Nos igitur, considerantes predicta et quod ex eis debatis dictarum partium possent evenire plura dampna et scandala, non tantum eis, sed etiam ville predicte et locis circumvicinis ; attendentes etiam quod dicta villa et habitatoires *(sic)* ipsius fuerint per inimicos nostros pluries consumpti, depredati et combusti, notum vobis facimus quod nos, dicte supplicationi annuentes, etiam contemplacione dicti consiliarii nostri qui de mandato nostro est in viagio Hispaniae, in nostris obsequiis, dictis partibus licentiam concessimus faciendi impune accordum etc., etc. Datum Parisiis, die nona februarii, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto, sub sigillo Casteleti nostri Parisiensis in absencia magni..... *Il continue en rapportant la teneur de l'accord,* prout in quadam papirii cedula dicte curie nostre tradita continetur, cujus tenor talis est :

Sur ce que les eschevins et habitans de la cité de Therouenne disoient que les vicaires et aultres gens ou officiers de reverend père en Dieu monseigneur l'evesque de Therouenne avoient faictes certaines prohibitions ou deffenses de afforer vins en ladicte cité jusques à tant que aucunes provisions de vins que lesdicts vicaires ou autres gens dudict evesque faisoient vendre ou mois d'aougst dernier passé, fussent vendues et avoient refusé à afforer les vins des aucuns de la cité dessusdicte qui les vouloient vendre, desquelles prohibitions, deffences ou refus, ou pour cause d'icelles, lesdicts eschevins ou habitans appellèrent dudict evesque ou de ses gens, à laquelle appellacion monseigneur Eustace de Conflans, advoué de Therouenne et chapitre de Therouenne se sont adhérez et adjoinctz, et ad present la cause de ladicte appellacion pent au parlement à Paris ; est accordé, entre ledict evesque d'une part et lesdicts eschevins, habitans; et adherens ou adjoings d'autre, en la manière que s'enssiet : C'est assçavoir que lesdicts appellans et adhérens ou adjoins renumeront dès maintenant à ladicte appellacion et lesdictes prohibitions, deffences et reffus ; et tous exploictz faictz par lesdicts vicaires, desquelz ladicte appellacion est yssue, seront comptez, reputez et tenuz pour non faictz, aussi que s'ilz ne fussent oncques devenus. Et ne porteront lesdictes prohibitions, deffences, reffus ou appellacion aucun prouffict ou exploit à aucune des parties ne-

domaige ou prejudice à l'autre en propriété ny en saisine ; mais seront lesdictes parties en tel estat, quant à propriété et quant à saisine, comme elles estoient avant les prohibitions, deffences et reffus dessusdicts. Et de tant comme lesdicts advoué et eschevins, pour eulx et pour la communaulté de ladicte cité, adjoint à eulx le procureur du Roy, se sont complainctz en cas de nouveleté de ce que ledict evesque ou ses gens tiennent la court episcopale dudict evesque à Aire et non pas en ladicte cité, il se delaisseront du tout de ladicte complaincte et des lettres du Roy sur ce impétrées et de tous exploix et procetz qui s'en sont ensuivez. Et ledict evesque renunchera aux appellacions faictes de sa partie, pour cause desdicts complaincte, procès et exploix ; et seront contés et reputez et tenuz lesdictes complainctes, lettres, procès et exploictz et appellacion pour non faictz et ainsy comme se ilz ne feussent advenuz, sanz porter prouffit ou prejudice à aucune des parties, et quant à retourner la court à Therouenne, ledict evesque, à la requeste et prière desdictes parties, ou ses vicaires pour luy, leur ont otroié que dedens quinze jours ilz retourneront ladicte court en ladicte ville de Therouenne et ladicte translation et ledict retournement dudict siège, faict par ledict evesque ou vicares, de laquelle s'estoient complainctz lesdicts eschevins, advoué et procureur du Roy, reputez pour non faictes, sans porter préjudice en saisine ny en propriété. Et à icelles parties ou à aucunes d'elles ancois seront et demoureront en l'estat qu'elles estoient avant icelle translation.

Curia nostra predicta, audito procuratore nostro super hoc et non contradicente pretextu litterarum nostrarum, partes predictas ab ipsa abire impune permisit et ipsas, de consensu magistri Reymundi Renardi, Petri de Alta-Curia, Joannis de Canasteriis et Joannis Lapion, procuratorum suorum ad tenendum dictum accordum et perpetuis temporibus firmiter observandum, per arrestum ipsius curiae condempnavit. In cujus rei testimonium, nostrum Castelleti nostri Parisiensis in absencia magni presentibus litteris fecimus apponi sigillum. Datum Parisiis in parlemento nostro, sexta decima die mensis februarii, anno domini millesimo trecentesimo quinquagentesimo *(sic)* quarto. — Sic signatum : Clavel, Lienel, Bury. Accordum per arrestum curiae.

260

Quod nullus potest habere fortalicium infra civitatem aut banleucam Morinensem nisi dominus episcopus.

(1355, 25 novembre).

C. pièce XXXII. In nomine dei, amen. Noverint universi presentes pariter et futuri quod, anno a nativitate ejusdem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, mensis novembris die vicesima quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Innocentii divina providencia pape sexti anno tertio, in presentia nostrum notariorum publicorum et testium infrascriptorum personaliter constitutus Bernardus de Rinc clericus, civis Morinensis, recognovit, dixit et asseruit quod dudum nobilis vir dominus Robertus, dominus de Uppen, miles, capitaneus tunc in civitate Morinensi ex parte domini Regis deputatus, de consilio, consensu et accordo gentium reverendi in Christo patris et domini, domini R. dei gratia Morinensis episcopi et sue civitatis predicte, fecerat domum dicti Bernardi quam tenet in feudum a nobili et potenti viro domino advocato Morinensi, situatum in civitate predicta, quibusdam bretteschis et aliis fortaliciis muniri ad resistendum inimicis domini nostri Regis in quantum fieri posset ; et quod dictus Bernardus has munitiones seu fortalicia in sua domo dicta passus fuerat, non voluntate, nec animo quod eas perpetuo retineret, sed solum necessitate compulsus, propter guerrarum dubium et de potestate regia predicta, durantibus guerris predictis, vel quousque civitas predicta esset in securo statu ab inimicis predictis. Cum que dictus reverendus pater dicerat quod fortalicia predicta sibi et successoribus suis predictis in futurum multum prejudicialia et dampnosa, et quod nullus, nisi solum dominus episcopus prefatus, fortalicium seu fortalicia infra civitatem predictam vel bailliviam ejusdem facere seu fieri facere poterat seu debebat, dictus Bernardus ob hoc recognovit et confessus fuit, in quantum potuit, pro se et heredibus suis, concordavit et firma stipulatione promisit reverendo patri predicto, stipulanti et recipienti pro se et successoribus suis, quod dicta fortalicia seu munitiones nullum eidem reverendo patri, seu ecclesie sue vel alteri cuicumque, prejudicium possint afferre seu etiam generare, et quod periculis dictarum

guerrearum transactis, vel guerris pace finitis, vel dicta civitate per clausuram murorum, portarum, vel alias in securo statu posita seu etiam existente, vel etiam antea, si et quando super hoc fuerit ex parte dicti reverendi patris vel successorum suorum requisitus, faciet et fieri procurabit cum effectu, in quantum potuerit et quantum in eo erit, quod fortalicia et munitiones predicte amovebuntur a doma sua predicta et quatenus erit sibi possibile de facto amovebit et faciet quod dicta domus sua absque fortaliciis predictis reponetur et remanebit in statu in quo erat antequam fortalicia predicta de mandato dicti capitanei facta fuissent, ut prefertur; recognoscens etiam idem Bernardus quod ipse vel quicumque alius de dicto fortalicio hoc pendente contra dictum reverendum patrem seu ejus successores, aut eorum gentes, non possent se juvare, nec ipsis reverendo patri vel successoribus nocere, neque possessionem vel saisinam aliquam retinendi fortalicia predicta vel faciendi alia dictis Bernardo vel heredibus suis acquirere; sed idem Bernardus vel heredes sui seu ab eis causam habentes, ut supradictum est, remaneant in eodem statu quoad possessionem et proprietatem et in tali in quali erant ante constructionem fortaliciorum predictorum. Super quibus promissionibus et requisitionibus tenendis et servandis dictus Bernardus tenebitur dare cautionem vel securitatem sufficientes ad voluntatem dicti reverendi patris vel ejus successorum, eorum tamen sumptibus et expensis. Pro qua quidem oblatione vel securitate, prefatus Bernardus submisit se ac omnia bona sua presencia et futura cohertioni, jurisdictioni, compulsioni curie camere domini nostri pape et ejus auditorum; super et de quibus omnibus et singulis premissis reverendus pater a nobis notariis publicis petiet instrumentum a presentibus testimonium invocando. Acta fuerunt hec Morini, sub anno, indictione, pontificatu, die, mense, hora et loco prelibatis, presentibus venerabilibus et discretis viris: domino Gaufrido Fabri canonico Bayocensi, in utroque jure licenciato, officiali Morinensi, domino Johanne Bardewich, presbitero, curato de Ysenberghe, Waltero de Nieles, Petro Canis, Roberto Haylerii, clericis, notariis in curia Morinensi; Cristiano Drussaite notario in dicta curia et Balduino de Tangry armigero, pluribusque aliis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Et ego, Joannes dictus de Dohen, clericus Morinensis apostolica et imperiali auctoritate publicus notarius curieque Morinensis juratus, predictis verborum narrationi, recognitioni, assertioni, promissioni, obligationi, submissioni et omnibus aliis

et singulis premissis, dum hec agerentur et fierent, prout suprascribuntur, una cum notario subscripto presens fui et ideo hoc instrumentum publicum manu propria scriptum, signo meo consueto signavi requisitus et rogatus in testimonium premissorum. Et ego, Nicolaus Irlis, clericus Remensis diocesis, publica, apostolica et imperiali autoritate notarius, premissis omnibus et singulis in presenti instrumento contentis, dum sic fierent et agerentur, una cum notario et testibus suprascriptis presens interfui et de eis instrumentum recepi, et ad requisitionem prefati reverendi patris in Christo et domini domini Morinensis episcopi, hic me subscripsi huicque presenti publico instrumento signum meum apposui consuetum in testimonium omnium et singulorum premissorum.

261

[*Arrestum parlamenti inter abbatem et conventum Sancti Augustini juxta Morinum ex parte una, et decanum et capitulum Morinensis ecclesie ex altera, super quibusdam decimis in quibus dictos religiosos teneri erga dictam ecclesiam Morinensem asserebant predicti decanus et capitulum*].

(1360-1361, 5 février).

A [5]. Johannes dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum lis mota fuisset in casu novitatis, coram preposito nostro de Monsteriolo, inter religiosos abbatem et conventum Sancti Augustini juxta Morinum ex parte una, et decanum et capitulum Morinensis ecclesie ex altera, super eo quod dicti religiosi dicebant quod, licet essent nobiliter fundati, dotati, amortizati et de nostra speciali gardia in capite et in membris, personeque habiles in omni casu ad possessionem acquirendi custodiendam defendendamque quesitam, purique vicini predictorum decani et capituli, absque redibencia vel submissione quacumque, nichilominus dicti decanus et capitulum citari seu adjornari fecerant dictos religiosos, coram abbate Sancti Alberti juxta Cameracum, formaverantque tunc clamorem seu certam demandam, ipsos dicendo quod tenebantur dictis decano et capitulo in certis lanis, agnis aut rebus aliis ad causam decimarum pro pluribus bestiis seu nutrituris aliis que creverant seu nutrite fuerant in ecclesia, manerio, seu porprisio

Sancti Augustini, quanquam dicti religiosi super hiis essent liberi, quitti et exempti et de hoc in sufficienti saisina ; super qua causa dicti religiosi, coram dicto abbate procedere noluerit ob hoc quod ad temporalitatem et servitutem aut franchisiam ecclesie, manerii et pourprisii Sancti Augustini respectum habebat, quodque, viso clamore predicto, procurator dictorum religiosorum videns quod dicti decanus et capitulum impediebant et impedire volebant dictos religiosos in possessionibus suis predictis ac etiam in possessione qua erant, que in tali casu coram officiariis nostris tractari debebant, commissionem impetraverant, in forma novitatis, contra dictos decanum et capitulum, infra tempus debitum, a preposito nostro antedicto; et quia dicti decanus et capitulum executioni dicte commissionis se opposuerant, debatum in manu nostra positum diesque etiam ad procedendum in causa partibus fuerat assignata. Qua die, querimonia dictorum religiosorum ad factum reducta, decanus et capitulum conclusionem quam voluerant elegerant, a qua, per sentenciam exclusi, et in expensis condempnati fuerunt, dictumque fuerat quod super querimonia novitatis dictorum religiosorum procedere tenebantur. Postmodumque, videlicet octava die decembris, predictis per dictos religiosos repetitis factaque condecenti conclusione seu forma predicti judicati, dicti decanus et capitulum, contra rationem et contra predictum judicatum veniendo, proposuerunt quod, super querimonia dictorum religiosorum, novitas se assidere non poterat in curia nostra proponenda nec super ea decanus et capitulum predicti procedere tenebantur. Quare petebant dicti religiosi per dictum prepositum pronunciantem quod super querimonia dictorum religiosorum cadebat et cadere poterat novitas in curia nostra proponenda, et super ea dicti decanus et capitulum procedere tenebantur condempnarenturque ad emendam nobis et parti faciendam ob hoc quod in contrarium contendebant et in expensis dictorum religiosorum factis et faciendis non obstantibus in contrarium obligatis ; dictis decano et capitulo proponentibus ex adverso, quod, de jure, usu et consuetudine inter dominum et subditum, novitas in curia nostra tractanda cadere non poterat, et si dominus ad instanciam subditi vocabatur, super tali querimonia non [1] procedere tenebatur nec de jure et consuetudine poterat judex secularis de re ecclesiastica et spirituali cognoscere, eratque querimonia dictorum religiosorum,

[1] Le texte porte : *nunc*.

prout ex textu commissionis per ipsos impetrate poterat apparere, ratione certe citationis per dictos decanum et capitulum impetrate, super certis decimis lanarum et agnorum ad ipsos decanum et capitulum spectantibus et per dictos religiosos perceptis in parrochia Sancti Martini in Monte juxta Morinum, dictis decano et capitulo, ratione juris patronatus subjecta, et de jure tam canonico quam civili decime res spirituales dicebantur; ipsa etiam spiritualis et ecclesiastica dici debebat, cum super re spirituali et ecclesiastica a judice ecclesiastico per personas et contra personas ecclesiasticas impetrata fuisset, opportebatque ad hoc quod querimonia in casu novitatis fieri posset, quod aliquid factum indebitum et de novo intervenisset, per quod pars conquerens in sua possessione impedita et turbata fuisset ; quod in proposito dici non poterat. Cum debite dicta citatio impetrata fuisset, fecerantque dicti decanus et capitulum pluries citari et a longo tempore tam dictos religiosos quam plures alias personas. Quare petebant dicti decanus et capitulum pronunciari quod super querimonia ipsorum religiosorum non cadebat nec cadere debebat novitas in curia nostra proponenda nec super ea procedere tenebantur, quodque dicti religiosi condempnarentur in expensis factis et faciendis in prosecutione cause, protestantes si in contrarium diceretur de respondendo cause et procedendo in ea, prout ratio suaderet ; factoque processu super premissis, dictus prepositus noster pronunciasset quod super querimonia dictorum religiosorum cadebat novitas proponenda in curia nostra, tenebanturque dicti decanus et capitulum super ea procedere, ipsos a propositis in contrarium repellendo ad emendam et in expensis cause condempnando ; fuissetque a sententia dicti prepositi per dictos decanum et capitulum ad baillivum nostrum Ambianensem appellatum, dictusque baillivus noster pronunciasset quod viso processu, per quem apparebat dictos decanum et capitulum aliam elegisse conclusionem, quod procedere nunc tenebantur, et ab ea repulsos fuisse, dictos decanum et capitulum a dicta conclusione repellebat, quodque dictus prepositus in eo bene judicaverat. Et quod super querimonia dictorum religiosorum non cadebat novitas, considerato quod dicti decanus et capitulum aliquid facti non fecerant, dictas decimas de quibus contendebatur occupando ; eratque dicta citacio spiritualis aliisque pensatis que ad hoc movere poterant partesque sibi invicem expensas non solverent, nec dictus prepositus qui in hoc male judicaverat aliquam haberet emendam, fuit a sentencia dicti

baillivi nostri ad nostram curiam apellatum. Auditis igitur in curia nostra procuratoribus partium predictarum, processuque de eorum consensu ad finem utrum bene vel male fuerit apellatum ad judicandum recepto ; eo viso et diligenter examinato, dicta nostra curia, per suum judicium, sentenciam dicti nostri baillivi, apellationemque inde sequtam anullavit et ex causa, dictosque religiosos relevavit ab emenda, ipsos in expensis hujus cause appellationis condempnando, earum taxatione penes dictam nostram curiam reservata ; et per idem judicium, dicta curia nostra declaravit quod in casu predicto inter partes contentioso, non cadit novitas in curia nostra tractanda, prosequanturque dicti decanus et capitulum jus suum [ut] prosequi poterunt in foro, ubi et quando eis videbitur expedire. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum Parisius in parlamento, V^a^ die mensis februarii, anno domini millesimo CCC^mo^ sexagesimo. — Per judicium curie.

262

(1360-1361, 24 mars).

Arrestum pro episcopo contra capitulum Morinense quod querimonia novitatis non habet locum in facto cessus aut cessionis a divinis et de oblationibus ecclesiarum parrochialium civitatis ; super quibus non est decisum. C. pièce XV.

263

(1360-1361, 24 mars).

Aliud arrestum super eodem, magis amplum et declaratorium pro episcopo quod querimonia novitatis non habet locum in facto cessus. C. pièce XVI.

264

(1360-1361, 24 mars).

Arrestum quod capitulum campanam operariorum pulsari facere non potest. C. pièce XII.

265

(1361-1362, 28 février).

C. pièce LXIII. *Instrumentum super reclamatione bannitionis facte per judiciarios Popringenses contra clericos existentes in prisionibus domini Morinensis.*

266

Accordum inter episcopum et capitulum super campana operariorum non pulsanda, — super imposito VI denariorum imposito cuilibet sarcine bladi ducende extra civitatem, de quo capitulum remanet immune, — super oblationibus capelle clericorum de quibus episcopus desistit, — super erectione patibuti capituli, cui episcopus consentit, in loco qui dicitur Mons Sancti Martini, — super cognitione cujusdam duelli contra hospitem capituli, — super literis queste ecclesie et capituli gratis sigillandis, submissio super inventariis ecclesie.

(1365, 12 novembre).

C. pièce XIII. .....

Acta fuerunt hec in loco capitulari sepedicte ecclesie, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto, indictione quarta secundum computationem ecclesie gallicane, die duodecima mensis novembris ac pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Urbani digna dei prudencia pape quinti anno quarto, presentibus : Humberto priore prioratus Sancti Victoris extra muros Gebennenses Cluniacensis ordinis, Garyno de Arreyo legum doctore preposito ecclesie Sancti Martini Turonensis, Johanne de Mirolio archidiacono Pragensi, Johanne de Belraco canonico ecclesie Sancti Petri Ariensis Morinensis diocesis, Petro Pipionis in Parisiensi et Attrebatensi ecclesiis perpetuo capellano, Johanne de Dohem publico notario et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis.

267

Arrestum super dicto accordo.

(1365-1366, 16 mars).

(Confirmation du précédent accord par le parlement de Paris). C. pièce XIV.

268

Littera domine comitisse Flandrie super accordo facto ratione exequutionis unius clerici capti sine vestibus et tonsura clericalibus.

(1366-1367, 28 février).

Margariete fille du roy de France, contesse de Flandres, d'Artois et de Bourgoigne, Palatine et dame de Salins, à tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme nos genz ou officiers eussent prins et mis en noz prisons feu Robert de Lannoy pour certains cas et malefices criminelz, fais et perpetrez par ledit Robert, et pour ses demerites ait esté exécuté par nosdicts officiers, pour laquelle chose le cès a esté mis par longtemps en certains lieux de nostre dit conté d'Arthois par nostre cousin l'evesque de Therouenne ou ses gens, disans que dudict Robert leur appartenait la cognoissance comme clercq, combien qu'il fut prins mariez et sans abit et tonsure, nosdictes gens disans le contrere et que, supposé que ledict Robert fut clercq, si avoit il esté pris mariez en abit lay et sans tonsure et par ce nous en appartient la congnoissance et non à autre ; et sur ce estoit meus certains procès et pour ce aucuns de nosdicts officiers mis en sentence d'excomuniment. Sçavoir faisons que pour bien de paix et pour oster toutte matière du procès et de dissension entre nous et nostredict cousin, il est accordé et consenti entre nous et luy que le prise et execution dessusdicte, les procès, excommuniemens, cès et tout ce qui s'en est ensuy sont dès maintenant comptés et tenus pour non advenu et que ce ne porte ou puist porter aucun prejudice à l'une partie ny à l'autre, en saisine ny en propriété pour le temps present ou advenir. Et nous plaist que les hoirs et enfans dudict Robert ayent les biens d'icelluy Robert qui estoient en nostre main pour la cause dessusdicte C. pièce XLIII.

sans ce qu'il tourne ne à noz successeurs à aucun préjudice où temps advenir. En tesmoine de ce, nous avons faict mectre nostre seel en ces lettres, données à Arras le derrain jour de febvrier, l'an de grace mil trois cens soixante six. — Sic signatum : par madame à la relacion du conseil où vous estiez : J. d'Esparnay.

269

Accordum factum per dominum Morinensem et prepositum Sancti Audomari super cognitione cujusdam interfecti, reperti prope Dohem, in stratis publicis infra banleucam Morinensem existentibus.

(1367-1368, 24 février).

C. pièce LII. Universis presentes litteras inspecturis, Robertus miseratione divina Morinensis episcopus et Stephanus de Columna prepositus ecclesie Sancti Audomari in Sancto Audomaro Morinensis diocesis, salutem in domino. Noveritis quod cum inter nos invicem questio, querela sive controversia verteretur seu verti speraretur super eo et ex eo quod, licet nos episcopus prefatus, ratione nostri episcopatus, habeamus soli et in solidum omnimodam jurisdictionem in villa et civitate Morinensi ac banleuca earumdem et presertim in omnibus viris, locis, et itineribus publicis existentibus et inclavatis in eisdem villa, civitate et banleuca, tam conjunctim quam divisim et exercendo jurisdictionem nostram ac jure nostro in locis predictis utendo, ballivus noster Morinensis quendam hominem nuncupatum Johannem de le Fosse interfectum seu murtritum inventum infra banleucam Morinensem et in via publica per quam iter de Morino versus Boloniam, prope villam de Dohen, levaverit et amicis reddiderit, nihilominus tamen intelleximus quod ballivus de Dohen, antequam ballivus noster ibidem veniret, manum ad dicti Johannis corpus apposuerat tanquam ad jus prefati prepositi, nos episcopum et jurisdictionem nostram impediendo indebite et de novo, prout asserebamus ; nobis vero preposito predicto in contrarium, dicentibus quod dictus Johannes de le Fosse fuerat interfectus seu murtritus inventus in terra nostra, in qua nos, ratione prepositure nostre, soli et in solidum habemus omnimodam jurisdictionem temporalem, et nihilominus ballivus domini episcopi prefati dictum corpus levaverat et amicis reddiderat, nos prepositum prefatum ac jurisdictionem

nostram impediendo indebite et de novo, prout asserebamus. Tandem, pro bono pacis et amicitie inter nos, materiam litis fugientes, tractatum exstitit et concordatum quod facta et attemptata hinc inde habeantur pro nullis et non factis. Ac si nullo unquam tempore venissent parti utrilibet in futurum nullum prejudicium nullumve commodum quoquo modo allatura, sed sint partes predicte in eodem statu, quoad proprietatem et possessionem, in quo erant antequam facta hujusmodi evenissent. In quorum testimonium, nos episcopus, nosque prepositus memorati, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Morini, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo septimo, secundum cursum Romane ecclesie indictione quinta, die vicesima quarta mensis februarii, pontificatus domini nostri pape Urbani quinti, anno quinto. — Sic signatum : dupplicquata et collacio facta.

270

(1370, 15 mai).

De decanutu Dixmudensi. — Instrumentum quod non possunt clericos facere exleges. C. pièce LXX.

271

Arrestum super accordo facto de inventariis.

(1370-1371, 17 février).

(Arrêt du parlement confirmant la partie de l'accord du 12 novembre 1365 *(pièce n° 266)* relative aux inventaires des biens de tous les bénéficiers de l'église de Térouane mourant dans le domaine de l'évêque, inventaires qui devront être faits par les gens du chapitre après la mort du bénéficier). C. pièce XIX.

❧

Certum accordum factum inter dominum Morinensem et justiciarios ville Sancti Audomari quod facit pro domino Morinensi ad cognitionem et pugnitionem clericorum conjugatorum.

(1371-1372, 5 mars).

C. pièce LIV. A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou orront, les vicaires en esperituel et temporel de reverend père en Dieu, monseigneur Ademer par la permission divine evesque de Therouenne et Willemes de Wally bailieu de madame d'Arthois en sa ville de Sainct-Omer, salut. Comme le procureur de ladicte dame se soit complains en cas de nouveleté à Jehan Paumard, gardien d'icelle dame, pour ce que les vicaires et officiers dudict evesque s'enforchoient d'avoir la cognoissance, correction et punition, condempnation ou absolucion de Jehan Flourent marchant subgect et soubz-manant en sadicte ville de Sainct-Omer, et des delis et mesfaiz que on dict estre commis et perpetrez par ledict Jehan Flourent en la personne de Jehan du Crocq et autres, lesquelz il avait batu et navré, si qu'on disoit. Lesquelz choses lesdicts vicaires et officiers avoient et s'enforçoient à fere, en troublant et empeschant ladicte madame en ses possessions et saisines esquelles elle a esté et est tant par luy comme ses tenanchiers, d'avoir seule et pour le tout, par ses bailliz et officiers, la cognoissance, correction et punition, avecq droict escrips, us et coustume en ce observez, de toutes persones qui auroient perpetré aucuns delictz ou mesfaiz en sadicte ville de Sainct-Omer pour tant qu'il fussent lay ou clercq, mais qu'il fussent marié ou vivant layement, si comme nous, baillis et procureur dessusdicts, disons et maintenons pour ladicte madame. Nous vicaires et official dessusdictz, disons et maintenons le contrere, est assçavoir ledict reverend père, tant de droict comme de us et coustume, de avoir et debvoir avoir la cognoissance, correction et punition de tous clers mariez, de leurs deliz et mesfais commis et perpetrez en son diocèse de Therouenne, meismement puis qu'il se feussent porté layement ou que depuis aroient resumé tonsure et habit de clercq et que ledict Jehan Flourens, de sa pure volonté s'estoit venu en la court de Therouenne en habit et en tonsure de clercq, et luy rendu prisonnier pour atten-

dre et estre à droict en ladicte court, sur tout ce que on luy vouldroit imposer pour lesdicts cas et autres, si comme nous, vicaires et officiers dessusdicts, disiemes et disons, pour ledict reverend. Sur laquelle complaincte les commandemens ont esté faictz et certaines journées assignées à respondre sur esperance d'aucun traictiet et accord ; sachent tout que nous, vicaires et officiers, pour ledict reverend père et nous baillieux dessusdicts, pour ladicte madame, pour eschiever matière de plait, nous sommes accordé en la matière qui s'ensieut : c'est assçavoir que nous, baillius dessusdict, pour ce que nous avons sceu depuis ladicte complaincte executée par ledict Jehan Flourens s'estoit porté et portoit en deferant habit et tonsure de clercq, reputons ladicte complaincte pour non avoir esté faicte et pour non advenue et tout ce que ensiewy s'en est, par ainsy que ce ne porte aucun prejudice à ladicte madame, as prochés que elle a en parlement ou ailleurs contre ledict reverend père pour cause de la cognoissance des clercqz mariés, par ainsy ensement que aucun prejudice ne soit pour ce faict ou engenrés à ladicte madame ne à sa jurisdiction en propriété ne en saisine pour le temps present passé ne advenir ès aultres cas, mais que chacun de nos parties remaingne de tout en autel droict qu'il estoit, paravant le faict advenu dudict Jehan Flourens sur ledict Jehan le Croit et autres, sans acquisition d'aucun droict nouvel pour quelzconques cognoissances que ledict vicaires et officiers en pregnent dudict Flourens pour lesdicts cas. Et nous, vicaires et officiers dessusdicts, pour ledict reverend père, consentons et accordons asdits bailliu et procureur de ladicte madame que, nonobstant quelconcque mise ou reputation de ladicte complaincte et ce que ensuivi s'en est et pourroit ensuiver, non avoir esté faicte ou advenue, mis au nient ou reputé pour nient par ledict baillif et procureur, et ensement que, nonobstant quelzconcques cognoissances que nous, vicaires, officiers et aucuns de nous auriemes ou prenderiemes sur ledict Jehan Flourent pour lesdicts cas, que pour ce aucuns prejudices ne soit fais ou engenrez à ladicte dame, à sa jurisdiction en propriété ne en saisine pour le temps présent, passé ou advenir ; mais volons et accordons que ladicte madame reymane du tout aussy entière et en tel droict du tout, tant que à sa jurisdiction, que elle estoit avant le temps que on dit lesdicts mesfais et delictz avoir esté faictz et commis par ledict Jehan Flourent, nonobstant quelconcques cognoissances que nous vicaire et official emprenons sur ledict Jehan Flourent

pour lesdits cas avenir semblables ou autres, ladicte madame se puist complaindre ou son officier en cas de nouveleté ou aultrement, sans, pour les choses devant dictes, aucunement estre prejudicié. En tesmoing de vérité de touttes les choses dessusdictes, nous, vicaires et official dessusdicts, avons mis à ces presentes lettres le seel de la court de Therouenne, et nous, baillieux dessusnomez ensement, y avons mis le seel de ladicte baillie de Sainct-Omer, faictes et données le cinquiesme jour du mois de mars, l'an de grace mil trois cens soixante unze.

273

De decanatu Lileriensi. — Accordum cum abbate de Chocques quod episcopus religiosorum loci habet in criminalibus correctionem et pugnitionem.

(1373, 22 avril).

C. pièce XXXIX. (Procuration donnée par André, abbé de Saint-Jean de Chocques, à Me Pierre Morel, prêtre, et à Guillemin de la Porte, pour régler avec l'évêque de Térouane tous les conflits de juridiction).

274

Instrumentum quomodo abbas Sancti Bertini recognovit se teneri personaliter comparere in synodo Morinensi.

(1373, 29 mai).

C. pièce XLIX. *Jean Basset, notaire apostolique, atteste sur la demande de l'évêque de Thérouenne Ademar, que l'abbé du monastère de Saint-Bertin, à Saint-Omer, a comparu devant l'évêque d'Aire, le 29 mai 1373 :* dicens et asserens se habere multas graves infirmitates propter quas ad sinodum Morinensem instantem, sine magno corporis periculo, adire non posset, ut dicebat ; eapropter humiliter supplicavit prefato reverendo in Christo patri et domino domino Morinensi episcopo ut in hac sinodo proxime futuro eundem dominum abbatem haberet excusatum. *Sa requête lui est accordée. Sont témoins : Jean, abbé de Saint-Jean en Vallée (diocèse de Chartres), Chrétien Crit docteur en décret, Michel de la Motte doyen du*

chapitre de Saint-Pierre d'Aire, Pierre de Domeran chanoine du chapitre de Saint-Pierre de Douai, Pierre Aymeric et Jean de Peyrat, clercs des diocèses de Périgueux et de Limoges.

375

(1373, 14 juin).

Duo instrumenta super jure et qualitate jocundi introitus domini Morinensis [episcopi] in Popringen, cum introductione bannitorum. C. pièce LXII.

376

Littere regie remissionis ballivi Ariensis et instrumentum publicum super restitutione ecclesie facta de uno clero Arie capto sine tonsura et habitu clericalibus.

(1373, 26 juillet).

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou oiront, Jehan du Ploich, escuier, baillaif *(sic)* d'Aire, salut. Comme naguaires uns nommez Robert Caulet, aultrement dict le Grand Robert, eust esté prins et emprisonnez ès prisons de nostre tres redoubtée dame madame la contesse de Flandres et d'Arthois, en son chastel à Aire pour estre pugniz de pluisieurs mesfais et delis par icelluy perpetrez et pour certaines rescousses et desobeissances par luy commises en la personne des aucuns des officiers de nostre dicte dame, si que on disoit ; lequel Grand Robert reverend père en Dieu monseigneur de Therouenne, par luy son official et autres ses serviteurs requeroient estre renduz par devers luy, comme il dit icelluy Grand Robert estre clercq et icelluy avoit esté prins en tel estat et habit que joir debvoit de privilege de clercq ; et nous, ou nom de nostre dicte dame, disions et maintenons ledict Grand Robert estre marié et avoir esté prins sans abit et sans tonsure de clercq ou au moins sans avoir l'un des deulx, pourquoy tenu n'estiens de rendre. Et sur ce ledict monseigneur l'evesque eut jecté sur nous et autres officiers de nostredicte dame pluisseurs sentences de excommunication et mis le chez en ladicte ville d'Aire pour cause que nous ne luy voulions rendre C. pièce XLIV.

devant et derriere. Et en ce faisant, l'un de ceulx de celle compaignie par simplece et chaude colère trait deux ou trois cops de saiettes aprez les gens d'icelluy evesque, sans en bleschier aucun. Et tant firent qu'il convient que ledict de le Mote fust livrez au bailly de ladicte ville d'Aire et fust mis en prison au chastel de nostre dicte cousine, et aprez fust faicte bonne paix entre ledict Monnier et ses amis d'une part et ledict de la Mote et ses amis d'autre à tousjours sur la hart. Et ches choses ainsy faictes et advenues, nostre prevost de Beauquesne eust faict ou faict faire certaine information secrète sur le faict dessusdict et ce faict, appellez à noz droictz pluisieurs des habitans de ladicte ville, pour occasion des choses dessusdictes ; pendant lesquelz appeaulx, le gouvernement du bailliaige d'Amiens qui lors estoit et son lieutenant fist faire une information sur icelluy faict, pour ce que plusieurs de ceulx qui estoient appellés se disoient purs innocens dudict faict. Laquelle information, close et seellée, fu apportée en nostre court de parlement à Paris et plusieurs des bourgeois et habitans d'icelle ville d'Aire adjournez en nostre dicte court, à l'encontre de nostre procureur general, dont la cause a esté et est encoires ad present en cest estat, sans y avoir autrement procedé et sans ce que ledict evesque en ait faict aucune poursuyte en nostre dicte court de parlement. Mais en sont lesdicts bourgeois et habitans en bon accord envers luy toutes voies par long temps de procés qui sur ce povoient estre demenez ou aultrement povoient estre lesdicts bourgeois et habitans d'Aire et ceulx qui par lesdictes informations sont trouvez coulpables dudict faict moult grevez et domagiez en corps et en biens, se par nous ne leur estoit sur ce impetré nostre grace ; en nous humblement suppliant que comme ladicte ville d'Aire ait esté arde ou la plus plus grand partie d'icelle par deux fois depuis ung pau de temps encha, par feu de meschief, avecq les biens d'iceulx bourgeois et habitans et que ladicte ville est en la frontière de nos ennemis, et aussy qu'ilz ont moult fraié et despendu à la garder et tenir contre nos adversaires, mesmement que ledict faict advint par la motion dudict de la Mote, ouquel faict n'a eu mort ni mehain, que sur ce veullons à iceulx bourgeois et habitans qui furent au faict dessusdict estendre nostre grace et misericorde. Pourquoy, nous, les choses dessusdictes considerées, inclinans à la supplication de nostredicte cousine, ausdicts bourgeois et habitans d'Aire qui furent audict faict et qui en sont coulpables et consentans et à chacun d'eulx, ou cas dessusdict, avons quicté, remis et par-

278

Arrestum pro domino episcopo contra advocatum qui de domino episcopo, domino suo, in causa novitatis conquestus fuerat, de captione unius subditorum advocati, quem ipse advocatus dicebat per suam justiciam esse pugnitum.

(1375, 30 juin).

Karolus dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod cum lis in casu novitatis mota fuisset, coram preposito nostro de Monsterolo, inter dilectum nostrum Eustachium de Conflans, militem et advocatum Morinensem, conquerentem, ex parte una, et dilectum et fidelem consiliarium nostrum, episcopum Morinensem se opponentem, ex altera, super eo quod, inter cetera, dictus advocatus proposuerat quod nobilis erat nobiliter tenens plures possessiones in quibus habebat jurisdictionem altam, mediam et bassam, ac pro gubernatione dicte jurisdictionis in dictis possessionibus, ballivos, servientes et alios officiarios ordinaverat, fueratque in possessione et saisina, per se suosque antecessores et predictos officiarios, capiendi in terra sua malefactores seu suspectos de maleficio commisso eosque incarcerandi, puniendi, absolvendi et purgandi inquestam, secundum qualitatem et quantitatem delicti, in possessione et saisina quod dicte absolutiones et pugnitiones in sua curia et per suos judices et officiarios suos facte in quocumque loco seu jurisdictione habeant roboris firmitatem ; proposuerant etiam quod nobis pertinebat cognitio querimoniarum novitatis et saisine in casu preventionis et quod vicinus erat dicto episcopo quodque possessionem et saisinam antedictas continuando, Tassardum Le Conte hominem suum et justiciabilem in villa de Ernoval dependente de feudo dicte avoerie habitantem, per inquestam, super certis delictis, per suos officiarios, in sua curia eidem impositis, solempnitatibus adhibitis in talibus adhiberi consuetis, purgari fecerat, postmodumque ballivus dicti episcopi predicta non ignorans, in villa Morinensi dictum Tassardum extra presens maleficium ceperet et in carceribus dicti episcopi fecerat imprisionari ac ipsum Tassardum dicto advocato, per ipsum seu ejus officialem, legittime et pluries requisitum reddere recusaverat, dictum advocatum in suis possessionibus

C. pièce XXIX.

et saisinis antedictis injuste et absque causa rationabili indebite et de novo perturbando ; cujus ballivi rerum procurator dicti episcopi coram dicto preposito defensionem receperat. Quare petebat dictus advoatus novitatem in dicta querimonia, coram dicto preposito nostro proponendam, cadere debere, eamque in curia dicti episcopi non remittendam, et dictum advoatum ad bonam causam de dicto episcopo conquestum fuisse ac dictum episcopum ad malam causam se opposuisse pronunciari, remque contenciosam ei tradi et deliberari, ac dictum episcopum in expensis hujus cause condempnari ; dicto episcopo ex adverso, proponente quod de ratione scripta, usu, stillo, et consuetudine notoria patrie et prepositure antedictarum, si subgectus in persona tenementi seu rei de qua tractatur de suo dominio, in alia curia quam in curia sui domini, in casu novitatis et saisine conqueratur, in hoc novitas proponendi coram alio judice cadere non debebat, sed potius est in curia sui domini remittenda, maixime *[sic]* si, per dominum seu alium, pro ipso requiratur. Dicebat insuper, quod nobilis erat in persona et tenementis, tenebatque a nobis temporale sui episcopatus Morinensis in feudo et regalia, ac in nostra sauvagardia existebat ; necnon quod, ratione sue persone et sui nobilis tenementi, saisinam et possessionem contra quoscumque suos subgectos ac vicinos poterat acquirere, eratque in possessione et saisina habendi in suis possessionibus et tenementis dominium et jurisdictionem altam, mediam et bassam, casibus ressorti reservatis ; in possessione et saisina habendi curiam, scabinos, et homines in ea judicantes, ballivum, servientes et alios officiarios dictam jurisdictionem nomine ipsius et pro ipso exercentes et custodientes ; in possessione et saisina habendi hospites, subgectos et submanentes in et super quibus habet totam jurisdictionem et cognitionem, ratione tenementi, delicti seu persone ; in possessione et saisina habendi in tenementis suis et possessionibus captionem, pugnitionem et cognitionem, absolutionem, purgationem et executionem omnium personarum delinquentium, seu de crimine commisso in dictis tenementis suis seu alibi suspectatarum ; in possessione et saisina obtinendi, per decretum seu aliter, quod si suus subgectus querimoniam novitatis contra se, in alia curia quam in sua, nititur intentare, quod novitas in hoc non cadit coram alio judice proponenda, sed pluries sui seu suorum officium, requesta sibi facta, fuerat remissum una cum rebus contentiosis. Insuper proposuerat quod dictus advoatus erat homo suus ligius et subgectus de

tota advoeria Morinensi et de omnibus ejus dependenciis ac etiam dictus Tassardus Li Contes de cujus remissione hic contendunt parte predicte. Quare petebat dictus episcopus novitatem in dicta querimonia, coram dicto preposito, cadere non debere, sed potius curie sue fore remittendum, et casu quo non remitteretur, ipsum ad bonam causam se conquestum fuisse pronunciari, remque contenciosam sibi tradi et deliberari ac dictum advocatum in expensis hujus cause condempnari. Pluribus aliis factis et rationibus ad fines predictos hinc inde, super quibus factis facta inquesta, dictus prepositus pronunciaverat novitatem in querimonia predicta cadere debere coram ipso preposito proponendam, eamque in curia dicti episcopi non remittendam, et quod dictus advoatus ad bonam causam se conquestus fuerat dictusque episcopus ad malam causam se opposuerat, quodque res contenciosa eidem advoato deliberaretur, dictum episcopum in expensis dicti advoati condempnando ; fuisset per dictum episcopum a dicta sententia ad gubernatorem nostre ballivie Ambianensis appellatum, pronunciassetque dictus gubernator quod in hoc predictus prepositus pronunciaverat novitatem in dicta querimonia cadere debere coram ipso proponendam, dictum prepositum bene judicasse êt dictum episcopum male appellasse ; in hoc vero quod pronunciaverant dictum advoatum ad bonam causam se conquestum fuisse, et dictum episcopum se ad malam causam opposuisse remque contenciosam in manibus dicti advoati tradi et quod dictum episcopum in expensis hujus litis condempnaverat, male judicasse et dictum episcopum bene appellasse, remque contenciosam in manibus dicti episcopi deliberari ac expensas in persecutione presentis cause hinc inde compensasset, fuit per partes predictos, in quantum sentencia dicti gubernatoris contra unam quarumlibet partium predictorum facere potest, ad nostram parlamenti curiam appellatum ; constitutisque in dicta curia nostra dilectis ac fidelibus : Ademaro Roberti nunc episcopo Morinensi consiliario nostro et Ogero, domino de Anglura, milite, tunc advoato Morinensi, resumptis per ipsos arramentis et processibus causarum predictarum, ac ipsis in causis appellacionum predictarum ad plenum auditis et processu an bene vel male fuerit appellatum ad judicandum recepto, eo viso diligenter examinato, per judicium dicte curie dictum fuit dictum gubernatorem bene judicasse et dictos appellantes male appellasse, emendabuntque dicti episcopus et advoatus moderni temporis in expensis hujus cause appellacionis condempnando, tauxatione *(sic)* dicte curie reser-

vata. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum jussimus apponi sigillum. Datum Parisius, in parlamento nostro, die sabbati ultima junii anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo [1] quinto et regni nostri duodecimo. — Sic signatum per judicium curie : Villcuin.

279

Rapportum quod dudum thesaurarius Morinensis fecit domino episcopo.

(1375, 24 décembre).

C. pièce IX. C'est la valeur du fief de trésourie que jou, Guis de Moustier, chanoines et trésoriers ens l'église Nostre Dame de Therouenne a cause de ladicte chanesie tant seulement fais et baille à reverend père en Dieu monseigneur l'evesque de Therouenne, Ademard Robiert ; lequel fief je baille par maniere de rapport et de denombrement et tout par amendement audict monseigneur l'evesque en la maniere que cy aprez s'enssieut : Primes, en tieng une mote, lieu et manoir, encloz de yawe et de fossez, joingnant de ladicte ville de Therouenne, auquel mannoir a pluiseurs jardins et encloz joingnant audict mannoir. Item, assez prez, soixante et dix mesures de terres ahanables ou environ, et quatre vingtz mesures de bois ou environ. Item, six homes liges qui tiennent en fief de ladicte trésorie qui ont cognoissance de jugier de tout cas qui a haulte justice appartient, moyenne et basse, quant ly cas y eschiet, quy doibvent relief, ly uns de soixante solz, ly autre de trente solz, et luy autre dessoubz la valeur et tenement de leur fief. Item, ay pluiseurs homes cottiers et tenans demourans à Therouenne, à Herbelle, à Upen et ailleurs qui me doibvent sur touttes rentes cottières sept livres et sept solz parisis ou environ par chacun an et aulcuns chappons ; et aussy ay à cause de ladicte tresorie, prens, lieve et emporte touttes oblations de cyre et touttes autres choses quy, pour cause de funerailles, sont mises delez des corps des trespassez à Nostre Dame et en la paroiche de Saint Nicolay à Therouenne. Lesquelles choses dessusdictes touttes et chacune d'icelles à par luy, jou Guys dessus nommez ay baillé et baille audict reverend père en Dieu par maniere de rapport comme dit est, par condition qu'il ne puist porter aucun prejudice à mes successeurs, en temps present ne advenir et sur pro-

[1] Le cartulaire porte : *sexagesimo*.

testation que se, par nesgligence ou obliance, jou n'avoie entierement rapporté ou mes clers eust aucune chose oublié ou entrelaissé à escripre, fust en trop ou en peu, toujours l'adveue jou la tenir dudict monseigneur l'evesque à cause de ladicte thesaurie et tout par amendement. Chis presens rappors fu fais tous par amendement en l'an de grace mil trois cens soixante quinze le vingt quatriesme jour de décembre.

280

C. pièce LXXVII. *Littera domini nostri regis contra temerilatem baillivi de Guisnes et de Ardea perturbantem jurisdictionem curie Morinensis.*

313

(1399-1400, 17 janvier).

C. pièce LIII. *Arrestum parlamenti pro domino Morinensi contra dictum prepositum super quodam accessorio quia dominus episcopus exclusus fuerat a productionibus suis.*

314

Arrestum pro domino contra advocatum super servitiis et reverentiis in quibus tenetur in propria persona in jocundo adventu episcopi alias jura advocato solvi consueto non percepturus (sic).

(1399-1400, 3 avril).

C. pièce XXXI. Karolus dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod cum lis mota fuisset coram ballivo nostro Ambianensi in sede ville de Monsteriolo super mare, inter dilectum nostrum Ogerum dominum d'Anglure, militem, appellantem, ex una parte,

et dilectum ac fidelem consiliarium nostrum episcopum Morinensem, appellatum, ex altera, super eo quod dictus appellans dicebat quod ipse dominus in possessione et saisina solus et in solidum de advoeria Morinensi erat et fuerat, dictamque advoeriam a dicto episcopo in feudum tenebat et ad causam ejusdem plura notabilia jura et devaria habebat ; et inter alia, quod quociescumque in episcopatu predicto novus episcopus vocabatur et jocundum adventum suum in dicta villa faciebat, dicto advoato vel ejus ballivo, gentibus et officiariis dicte advoerie predictum adventum infra tempus debitum ut dictus advoatus, aut alius pro ipso, presens esset, veniendo erga monasterium Sancti Martini in Monte Morinense, significare tenebatur, et in cimiterio dicte ecclesie, in habitu episcopali equestri, cum estivalibus et calcaribus, in habitu decenti sine fraude et diminutione status episcopalis venire tenebatur et capellum suum episcopalem, dicto advoato vel ejus procuratori tunc ab eo deputato tradere tenebatur, et equum, ocreas, calcaria, capam et capucium dicti episcopi, tam per eum quam per gentes suas usibus suis applicare consueverant et de predictis, tam per eum quam predecessores suos, in saisina et possessione solus et in solidum, a tanto tempore quod memoria hominum in contrarium non exstabat, erat et fuerat. Dicebat ulterius, quod dilectus et fidelis noster Petrus de Ordeomonte, tunc temporis episcopus Morinensis et nunc Parisiensis, quando in villa Morinensi noviter intraverat, in predictis possessionibus predictum advoatum Morinensem impedire voluerant *(sic)* et ob hoc, processus in curia parlamenti, in casu saisine et novitatis, fuerat agitatus ; sed post plures altercationes, predictus episcopus, recognoscendo jura dicti advoati ad ipsum pertinere quod in possessionibus et saisinis predictis manuteneretur et conservaretur, dum tamen dictus advoatus predicto episcopo in suo novo introitu servitia debita et consueta faceret, vel fieri faceret, consenserat, ac eidem capellum, capam, caputium, ocreas et calcaria quas habuerat, et equum quem equitaverat in suo novo introitu tradere promiserat, ut lacius per arrestum curie apparere poterat, ut dicebat, et eadem deveria postmodum prefatus advoatus habuerat et usibus suis applicaverat ; quodque dictus episcopus modernus, tempore sui novi introitus in predicta villa Morinensi faciendi, in cimiterio Sancti Martini se transportaverat et ibidem procurator dicti advoati comparuerat ; qui quidem possessiones et jura predicta dicti advoati dicto episcopo sepius exposuerat, predicta deveria ab eodem episcopo

requirendo et ut ipsum advoatum de predictis uti et gaudere pacifice permitteret, offerens se facturum servitia debita per dictum advoatum magistrum suum episcopo supradicto. Cui quidem procuratori dictus episcopus responderat, quod si predictus advoatus homo suus feudalis personaliter interesset, et sibi servicia predicta, ut tenebatur, in suo jocundo adventu faceret, jura et deveria predicta, per suos predecessores tradi consueta, deliberaret, predictumque procuratorem ad faciendum servitia predicta ac etiam ad recipiendum jura dicto advoato debita admittere recusaverat. Dicebat ulterius, quod si dictus advoatus servicia predicta personaliter facere teneretur, predictus episcopus, infra tempus competens, eidem adventum suum non significaverat, quodque dictus procurator, nomine quo supra, requestos et summaciones predicto episcopo tunc existenti, in predicta ecclesia Sancti Martini et in cathedra pontificali sedente, pluribus vicibus fecerat, dicendo quod predictus advoatus dictam terram et advoeriam suam notabiliter et in feudum a dicto episcopo tenebat et predicta deveria per ipsum petita erant de pertinenciis dicti feudi a quibus juribus, deveriis et possessionibus dictus episcopus prefatum advoatum expoliare nitebatur, dictusque procurator stare juri et periculo emende sub obligatione dicti feudi se submittebat, requirendo instanter prefatum episcopum quod predicta per ipsum denegata repararet. Quibus requestis, dictus episcopus minime acquieverat et ob hec, a predictis denegacionibus et gravaminibus procurator dicti advoati ad ballivum nostrum Ambianensem appellaverat. Quare petebat per dictum ballivum a predictis gravaminibus responsionibus et juris denegationibus bene appellasse ac dicta gravamina injusta et iniqua fuisse et ad sua proposita admitti debere, predictum episcopum ad sua proposita non esse admittendum pronunciari et declarari, ac in dampnis, expensis et interesse dicti advoati condempnari ; dicto episcopo ex adverso proponente quod, quando controversia inter vassalum et dominum, ratione rei feudalis, movebatur, dicta controversia in curia domini, per partes dicte curie sue et non alibi, determinari debebat, et idem vasallus, occasione rei feudalis, fidem et fidelitatem et plura alia juramenta suo domino facere tenebatur, videlicet quod a curia domini sui, nisi ob defectum juris aut mali judicii, non recederet, quodque secundum usum et consuetudinem in ballivia Ambianensi et prepositura de Monsterolo notorie observatos quilibet vasallus et homo feudalis feuda sua in propriis personis deservire et in curia domini eorum interesse aut

alia servicia occasione dictorum feudorum eisdem facere debebant, nisi gratiam ab eorum dominis de dictis feudis per procuratorem deserviendis haberent specialem. Preterea, dicebat dictus episcopus quod ad causam sue ecclesie temporalitatem suam a nobis tenebat et in nostra et salva et speciali gardia existebat, eratque in possessione et saisina habendi omnimodam jurisdictionem spiritualem et temporalem in dicto suo episcopatu, ballivum, officialem, prepositum, servientes et alios officiarios ac plures vasallos in dicta ballivia Ambianensi et prepositura de Monsterolo, videlicet advoatum Morinensem, dominum de Cresecque, dominum de Veteri Villa et plures alios qui partibus litigantibus in dicta sua curia temporali ad conjuramentum dicti ballivi justiciam facere tenebantur, necnon in possessione et saisina quod si controversia moveretur inter aliquem vassalorum suorum occasione feudi sui. Et ipsum episcopum controversia predicta per alios vasallos et homines suos feudales, in curia sua temporali et non alibi, determinari debebat et quod, a longo tempore, de cujus memoria hominum non exstabat in contrarium, predictus episcopus habebat plures vasallos et homines feudales, qui, in jocundo adventu suo in villa sua Morinensi, plura servicia et reverencias personales facere tenebantur et maxime dictus advoatus, qui, in jocundo adventu episcopi, in cimiterio ecclesie predicte Sancti Martini in Monte juxta villam Morinensem, obviam sibi esse debebat, et ob reverentiam dignitatis episcopalis, debebat recipere suum capellum, tenere suam strepam in descendendo de suo equo, mantellum suum vel cappam, calcaria et ocreas suas removere tenebatur, a dicto loco unam virgam albam coram dicto novo episcopo usque ad ecclesiam beate Marie Morinensis in propria persona portare tenebatur ; et de predictis idem episcopus in possessione et saisina, per se et predecessores suos, contra dictum advoatum erat et fuerat. Insuper dicebat, quod predictum suum jocundum adventum, per octo vel novem dies in antea, dicto advoato Morinensi et suis gentibus in loco dicto *du Mes*, loco principaliori dicti feudi, significari fecerat, quod sufficere debebat et expost, die per ipsum episcopum deliberata ad faciendum dictum introitum, ad ecclesiam et cimiterium beati Martini accesserat, in quo loco dictum advoatum ut ab ipso servitia debita reciperet, reperire crediderat, quod minime fecerat, quodque Joanne Canigue procuratore dicti advoati presente et dicto episcopo in cimiterio Sancti Martini existente, litteras sauvegardie nostre predictus episcopus publicari fecerat, virtute

quarum, per quendam servientem nostrum in salvagardia nostra, una cum bonis familiaribus suis et possessionibus positus fuerat cum inhibitione facta, ne, in bonis et possessionibus suis, aliquis ipsum perturbare presumeret. Et tunc procurator dicti advoati dicto episcopo, ipso equite adhuc existente sibi explicaverat quod, in jocundo adventu cujuslibet episcopi, noviter intrantis in sua villa Morinensi, dictus advoatus, ratione sue terre et advoerie Morinensis, quas tenebat in feodum a dicto episcopo, certa jura et deveria ab ipso recipere debebat, videlicet equum aut mulum super quem equitabat, capellum suum, mantellum, ocreas, et calcaria ; que quidem jura dictus procurator a dicto episcopo sibi tradi pluries requisiverat, offerens, nomine dicti advoati, facere dicto episcopo omnia servitia per dictum advoatum sibi debita et que facere dictus advoatus tenebatur. Cui procuratori dominus episcopus responderat quod in suo jocundo adventu, propter dignitatem episcopalem, a pluribus militibus et notabilibus personis serviri debebat et in propriis personis eidem servicia facere debebant et si dictus advoatus in propria persona interfuisset ad servicia eidem facienda que facere tenebatur, jura et deveria sibi debita, ratione dicti servicii, traderet aut tradi faceret, quodque predictus procurator tam in ecclesia quam in cimenterio *(sic)* Sancti Martini predictis, requestas et sommationes per quendam advocatum predicto episcopo, reiteratis vicibus, fieri fecerat, quibus dictus episcopus eidem procuratori, sicut prius responderat, videlicet quod si dictus advoatus ibidem presens esset et ei, tanquam suo domino, in suo jocundo adventu, servicia sibi debita impendent, deveria propter hec debita eidem deliberaret et traderet, aliter predicta deveria sibi deliberare non debebat. Et ob hoc dictus procurator predicti advocati a responsione et denegatione predictis sentiens se gravatum a dicto episcopo, ad ballivum nostrum Ambianensem appellaverat. Quare, petebat dictum advoatum et denegationibus jurium predictorum male appellasse et dictam appellationem non fore admittendam, aut saltim causam et actionem non habere dici et pronunciari, dictumque advoatum in emenda, dampnis et expensis dicti episcopi condempnari. Qui quidem ballivus noster, inquesta facta, visa brevi sommatione et dilatione per dictum episcopum dicto advoato et gentibus suis de novo jocundo adventu et introitu factis, ad dictam appellationem predictum advoatum fore admittendum et ipsum bene appellasse pronunciasset, dicto episcopo reservando ut dictum advoatum in curia sua temporali, coram ballivo et homi-

nibus ligiis suis ad finem emende prosequi valeret, eo quod dixerat quod in jocundo adventu et introitu predicti episcopi in villa et civitate Morinensi servitium in persona non facere tenebatur, sed per procuratorem sufficienter fundatum, recipi debebat, predicto advoato defensiones suas in contrarium reservando et dictum episcopum in expensis dicti advoati condempnando, facta dicta sentencia pro parte dicti episcopi ad nostram parlamenti curiam appellatum. Auditis igitur partibus antedictis in dicta curia nostra, in causa appellacionis predicte processuque an bene vel male fuerit appellatum ad judicandum recepto, eo viso et diligenter examinato, per judicium dicte curie nostre dictum fuit predictum ballivum nostrum male judicasse et predictum episcopum bene appellasse, et per idem judicium dicta curia nostra dictam appellationem per dictum advoatum a dicto episcopo ad dictum ballivum nostrum interjectam non fore admittendam declaravit et declarat, dictumque advoatum super denegationibus et gravaminibus predictis in curia temporali dicti episcopi processurum et facturum ut fuerit rationis prefata curia nostra remisit et remittit eumdem advoatum in expensis cause principalis coram prefato ballivo factis condempnando, eorumdem expensarum taxatione dicte curie nostre reservata. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum duximus apponi sigillum. Datum Parisius, in parlamento nostro, tertia die aprilis, anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono et regni nostri vicesimo, ante Pascha. Sic signatum : per judicium curie, Willequin.

315

[*De justicia capituli in servitores suos et famulos ab episcopo recognita*].

Sans date. (XIV^e^ siècle).

Universis presentes litteras inspecturis, Ingerannus miseratione divina A^c^. Morinensis episcopus, salutem in domino. Cum inter nos, ex parte una et dilectos filios nostros decanum et capitulum ecclesie Morinensis, ex altera, oria esset materia questionis, super eo, quod dicti decanus et capitulum dicebant et asserebant omnem jurisdictionem et justiciam altam et bassam ad canonicos Morinenses solum et in solidum in servitores suos et famulos, cujuscumque status seu conditionis existant, pertinere, sive in terra sua, sive in nostra seu territorio nostro delinquant, etiam si presenti

maleficio capiantur, et hoc, tam per privilegium sedis apostolice quam etiam de consuetudine antiqua et approbata, et ipsos fuisse et esse in possessione vel quasi jurisdictionem predictam exercendi et jus predictum possidere et possedisse vel quasi ; nobis contra asserentibus et dicentibus jurisdictionem et justiciam hujusmodi ad nos pertinere ; notum facimus quod nos, privilegio predicto ex parte decani et capituli nobis [presentato ?] et a nobis viso atque diligenter inspecto, super premissis etiam sufficienter informati, et deliberatione prehabita diligenti et communicato consilio, recognovimus et recognoscimus ad canonicos Morinenses solum et in solidum in servitores suos et famulos omnem jurisdictionem et justiciam altam et bassam pertinere et ipsos in possessione .....
.....
ipsius archidiaconi serviebat, quem servitorem .....
Morinenses (?) pro homicidio ab ipso Simone in terra nostra commisso, ad protractionem [et suspensionem] condempnarunt, et protrahi et patibulo suspendi fecerunt, et Guillelmum dictum Amouret, nunc servitorem dicti archidiaconi et canonici Morinensis quem pro maleficio in terra nostra commisso, ad ..... condempnarunt ballivus et dicta laicalis justicia nostra, dicto archidiacono ; et Johannem de Haze[brouck] servitorem magistri Jo. de Preure canonici Morinensis, quem servitorem ballivus et justicia nostra predicti in terra nostra ceperunt et imprisionarunt, dicto magistro Johanni ; et Barisellum servitorem G. thesaurarii et canonici Morinensis quem pro robaria et patrocinio ab ipso Barisello in terra nostra, ut dicebant, commisso, ballivus et justicia nostra laicalis ceperunt et imprisionarunt, predicto thesaurario canonico Morinensis ecclesie restituimus, reddimus et reddidimus, reddi et restitui facimus ad requisitionem canonicorum predictorum ; et processus omnes et singulos, auctoritate nostra factos contra dictos servitores predictorum canonicorum et contra Stephanum de Cancellis clericum servitorem decani et capituli predictorum, et quicquid sequutum est ex eisdem, pro nullis et infectis tenemus et habemus, promittentes bona fide nos premissa omnia et singula imposterum observare et non contravenire, salvo jure episcopatus nostri in omnibus aliis quibuslibet. In quorum testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini millesimo trecentesimo ..... die jovis post octavas Assumptionis beate Marie virginis.

316

Sans date. (Fin du XIV^e^ siècle).

Cedula cujusdam sententie quondam late contra dictam ecclesiam Sancti Petri Casletensis super obedientia et reverentia in quibus tenetur prepositus et capitulum domino Morinensi episcopo. C. pièce LXVII.

317

De decanatu Sancti Pauli. — Littera domini comitis Sancti Pauli sub sigillo prepositure Parisiensis, per quas (sic) *dat obedientiam curie Morinensi et agnoscit jurisdictionem ejus in causis personalibus, etiam de laico ad laicum.*

(1405-1406, 15-18 janvier).

A tous ceulx qui ces presentes lettres verront, Guillaume, seingneur de Tigneville, conseillier et chambellain du Roy nostre sire et garde de la prevosté de Paris, salut. Sçavoir faisons que, l'an de grace mil quatre cens et cincq, le lundy XVIII^e^ jour du mois de jenvier, veismes unes lettres seellées du seel de tres noble et puissant seingneur, monseigneur Wallerand de Luxembourg, conte de Liney et de Saint-Pol, et signées de son seing manuel, si comme il apparoit, desquelle la teneur s'ensieult : C. pièce XXXVIII.

Wallerand de Luxembourg, conte de Liney et de Saint-Pol, seingneur de Fienes, à nostre cher et bien aymé feal conseillier M^e^ Simon de Fisseux, senechal de Teurnoys et bailly de nostre conté de Saint-Pol, et à tous autres justiciers et officiers, à chacun d'eulx ou à leur lieutenans, salut. Comme nous, vous ou aucun de vous, ayons naguaire ou ayez, de nostre commandement ou autrement, mis ou faict mectre empescement de la jurisdiction de l'evesque de Therouenne et ayons ou ayez deffendu ou faict deffendre en plusieurs lieux de nos terres, comme Saint-Pol, Feverench et de Lisbourg, et aussy en nos terres de Fienes, que, sus certaine paine, aucun lay ne face ou fist semondre d'ores en avant ou convenir par citation autre lay en action personnelle devant l'official de The-

rouenne en la court espirituelle dudict evesque, nous, pour certaines causes qui à ce nous ont meu et meuvent raisonnablement et par l'advis et deliberation de nostre conseil, informez et acertenez du droict dudict evesque, volons, vous mandons et enjoingnons tres à certes et à chacun de vous, comme à luy appartiendra, que, sans autre mandement attendre de nous, vous desistez ou faictes desister noz gens et officiers dudict empescement et le ostez et faictes oster, et lequel nous ostons semblablement par ces presentes lettres, considéré que les droictz, usaiges, franchises et libertez d'eglise et en especial de Therouenne nostre mère aions tousjours volu et volons ainsy que ont faict nos predecesseurs estre gardées et maintenues en leur possession et estat, sans enfraindre. Et faictes incontinent et sans delay savoir et signifier ès lieux dessusdicts, à tous nos officiers et subgectz que, nonobstant ladicte deffence ou empeschement, chacun luy face et puist faire convenir et semondre à sa volunté autre lay en ladicte court espirituelle dudict evesque pardevant ledict official par le forme et maniere qu'il estoit faict et accoustumé de fere paravant ladicte inhibition et deffence. Et en oultre, faictes et laissez, par vous ou noz autres gentz et officiers, joir et user paisiblement ledict evesque, son official et ses gens de ladicte jurisdiction et toutte aultre qui luy poeult ou doibt appartenir et dont ses predecesseurs et luy on joy et usé et accoustumé de user en tamps passé, sans luy fere doresenavant aucun destourbies ou empescement. Et bien gardez que en ce n'ait aucun deffault. Et adfin que mieux vous appere de nostre volunté sur ce, nous avons mis et escript nostre non à ces presentes lettres de nostre propre main et avecq y faict mectre nostre propre seel. Donné à Paris, le XV[e] jour de jenvier, l'an de grace mil quatre cens et cincq. — Ainsy signé : Wallerand.

Et nous, à ce present transcript avons mis le seel de ladicte prevosté de Paris, l'an et le jour dessusdict premiers diz. — Ainsy signez : J. du Boys.

318

(1409, 24 mai).

De decanatu Minorisville. — Arrestum bonum et utile, per copiam sub sigillo advoatrie Morinensis, obtentum, contra homines de Minorivilla qui clericum relegaverant et bona sua, ut confiscata, ceperant; qui tamen ea recuperavit, attenta purgatione sua et absolutione sibi imposterum[1] *obtenta in Curia Morinensi.* C. pièce LXIV.

319

(1410, 26 mars).

Instrumentum publicum faciens pro domino Morinensi videlicet quod clerici burgenses ville Sancti Audomari tenentur promotori curie Morinensis respondere, nonobstante quod forsitam laicales justiciarii de causa cognoverint. C. pièce LV.

320

(1410, 7 avril).

Alia insuper littera domini nostri regis magis generalis et utilis pro jurisdictione dicte Morinensis curie ad cognitionem communium actionum personalium, etiam inter laicos. C. pièce LXXVIII.

321

(1412, 3 mai).

Littera regia quod episcopus non tenetur mittere currum neque equos in armaturis per regem faciendis. (Voy. plus haut n° 294). C. pièce LXXV.

[1] Le texte porte : *impositorum*.

322

(1413, 22 mars).

C. pièce L. *Accordum super qualitate et modo comparitionis in synodo a dicto abbate* [*Sancti Bertini*] *cum domino Morinensi episcopo factum.*

323

Littera non prejudicii data capitulo ratione privati introitus episcopi, solennitatibus jocundi adventus non servatis.

(1415, 24 octobre).

C. pièce XXV. Ludovicus, miseratione divina in episcopum Morinensem confirmatus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Cum ex dudum antiquis et laudabilibus consuetudinibus inconcusse observatis, episcopi Morinenses predecessores nostri, pro tempore existentes et quilibet eorum, in suo primo jocundo adventu ad ecclesiam et civitatem Morinensem, certas cerimonias et solempnitates, in locis ad hoc consuetis, cum interpositione solempnissimi juramenti, observare et adimplere consueverunt, prout tenebantur et antequam commodo potuimus ipsum solempnem jocundum nostrum introitum seu adventum facere, causantibus periculis imminentibus ex exercitu regis Anglicorum, domini nostri regis et regni Francie inimici, in confinibus et locis satis propinquis et adjacente civitatem nostram Morinensem existente, ipsa civitas quam plurimum pergravari et opprimi formidet non sine causa, pro cujus securitate tuitioneque et munitione ampliori, nostram presentiam tam clerus quam populus multipliciter affectat et expectat, rogando nos quatinus ad eandem civitatem nostram accedere dignaremur, proviso tamen quod per prius teneamur promittere bona fide per litteras nostras patentes introitum nostrum privatum sic per nos causis et rationibus pretactis fiendum et ad eandem civitatem non fore aut esse tunc vel in posterum prejudiciabilem consuetudinibus premissis, ut premittitur, inconcusse observatis et ecclesie nostre Morinensi predicte super hoc, in quantum eam tangit seu tangere potest, litteras nostras tradere. Nos vero, hujusmodi supplicationi annuere cupientes,

attentis predictis periculis, sperantes etiam hujusmodi clericum et populum nostre prefate civitatis de nostra presencia consolari, notum facimus quod nostre intentionis nunquam exstitit aut erit in futurum, modo quovis aut forma, privatum introitum nostrum, quem ut prefertur facere intendimus, prejudicium aliquod afferre ecclesie nostre predicte serimoniis *(sic)* et solempnitatibus per consuetudines laudabiles predictas introductis, eidem ecclesie fieri solitis, nec ex hoc reluctari intendimus quin ad jocundum nostrum adventum et introitum solempnem celebrandum, quem, tempore oportuno, annuente domino, celebrare, ut decet, intendimus, teneamur. Esto quod capitulum nostre ecclesie predicte nos admitteret in prefata ecclesia secum in habitu ecclesiastico et quia forte hinc usque ad plures menses de dictis oppressionibus et pregravationibus non cessabit formidare dicta civitas nostra, volumus quod si pluries et vicibus iteratis abhinc usque ad annum nos intrare et reintrare dictam nostram ecclesiam ante solempnem nostrum introitum contigerit, quod etiam nullo modo prejudicet prefate ecclesie nostre aut etiam consuetudinibus, serimoniis et solempnitatibus antedictis. Insuper, nolumus nec intendimus per hoc, nobis aut successoribus nostris aliquod jus seu commodum, in contrarium predictarum consuetudinum, acquirere seu prefate ecclesie nostre aliquod dampnum aut prejudicium inferre. In quorum testimonium, presentes litteras fieri fecimus sigillique nostri appositione muniri. Datum in castro Sancti Pauli nostre Morinensis diocesis, vicesima quarta die mensis octobris, anno domini millesimo quadringentesimo decimo quinto. — Sic signatum : Paste.

324

Littere auditorum regis et ipsius domini advocati super qualitate servitii domino Morinensi novissime prestiti.

(1415-1416, 9 avril — 1416, 22 mai).

A tous ceulx qui ces presentes letres verront ou orront, Colart de Rusticat, bourgeois de Monstroeul, ad present garde du seel royal de la baillie d'Amiens, estably en la ville et prevosté de Monstroeul pour seller et confirmer les contraictz, convenenches, marchiés et obligations qui seront faictes, recogneues et passées en ladicte prevosté entre parties, salut. C. pièce XXXII.

Sachent tous que, pardevant Mᵉ Jehan Bregler et Jacques de la Fontenie, auditeurs du Roy nostre sire, manans à Monstroeul, mis et establis par monsieur le bailly d'Amiens pour et au nom du Roy nostre sire, fut fait ce qui s'enssieut :

Aujourdhuy neufiesme jour d'apvril l'an mil quatre cens et quinze avant Pasques, ou chimitere Saint-Martin-lez-Therouenne où estoit venu reverend pere en Dieu monseigneur Loys de Luxembourg, evesque de Therouenne, pour fere son entrée et joyeulx advenement en la ville et cité dudit lieu de Therouenne, où vint et comparut noble et puissant seigneur monseigneur d'Auterel, chevalier, oncle de monseigneur Estene, seingneur d'Englure et advoué de Therouenne et Mᵉ Jehan de France, procureur dudit advoué et commis par luy au gouvernement de ladite advourie, requerans audit reverend pere à avoir les droictz que a accoustume de prendre et avoir ledit advoué au joyeulx advenemens desdits evesques dudict lieu à cause de ladicte advoerie, offrant ledict procureur faire audict reverend pere et fere fere par ledict sieur d'Austerel tous les services que ledit advoué eust faict en sa personne, se present y eust esté et qu'il appartenoit à fere en tel cas : c'est asscavoir, tenir l'estrier de la sele du cheval ou mule sur quoy estoit monté et venu audict lieu ledict reverend pere, oster ses esprons, houseaulx, chappe, houche ou mantel, son chappeau ou chaperon [lesquelz cheval, mule, esperons, houseaux, chappe, houche ou mantel, lesdicts chappel et chapperon] [1], appartenoient et debvoient estre baillez audict advoué comme à son droict, et si offroit ledict procureur et gouverneur porter la vergue de justice au devant dudict evesque jusques au lieu accoustumé et la bailler au commandement dudict reverend pere à tel persone qu'il luy plairoit pour sa justice garder et exercer, ausquelz services prendre et recepvoir contredisoit ledict reverend pere et aussy de bailler et delivrer ausdicts procureur et gouverneur les droictz dessusdicts pour ce que ledict advoué n'estoit pas illecq en sa personne pour fere lesdicts services. Sur quoy aprez plusieurs parolles d'un costé et d'autre, à la requeste de tres puissans et excelens princes monseigneur le duc de Bourgoingne et monseigneur le conte de Charlois [2] et aussy des freres et autres amis car-

[1] Ces mots, indispensables au sens, ne se trouvent que dans la copie insérée dans la charte suivante.

[2] Son filz : ajoute la 2ᵉ expédition.

neulx dudict reverend pere, à la contemplacion dudict seigneur d'Austrel, ledict reverend pere, de sa grace, a volu, consenti et accordé et de faict a baillié et delivré audict procureur et gouverneur les droictz et choses dessusdictes parmy et moyennant ce que ledict seigneur d'Austreel, pour et au nom dudict advoué, luy a faict les services dessusdicts en sa personne, et que ledict de France, au nom que dessus, a cognut et confessé les services dessusdicts debvoir estre faiz audict reverend pere et ses successeurs evesques de Therouenne par ledict advoué et ses ayans cause ores et ou temps advenir par la personne dudict advoué ; et que ledict advoué, sans estre present et fere les services dessusdicts en sa personne luy mesme, ne poeult ou doibt demander ne avoir les droictz dessusdicts aux joieulx advenemens desdicts evesques de Therouenne ; et parmy ce aussy que ledict de France ou dict nom a promis de ce fere ratiffier et accorder par lettres souffisantes audict advoué ou en sa persone par dedens le jour de Saint-Jehan-Baptiste prochain venant, sur peine de restituer les choses par ledict reverend pere bailliez ou pour icelles la somme de cent livres parisis et pour paine et amende, se ce ne se faisoit, autre pareille somme de cent livres parisis, moitié au Roy et l'autre moitié audict monseigneur l'evesque. Et de ce s'est fait fort ledict seigneur d'Austreel à la meisme paine et soubz fere la restitution dessusdicte.

De touttes lesquelles choses, fut par chacune desdictes parties requis lettres ausdicts auditeurs, lesquelles ces presentes furent accordées. Tout ce nous ont lesdicts auditeurs tesmoingné par leurs seaulx ; et nous, à leur tesmoingnage, avons mis à ces lettres ledict scel de baillie, sauf les droictz du Roy nostre sire et d'autruy en tout. Ce fut faict en l'an de grace mil IIII^{c} et XV, ledict neufiesme jour d'apvril avant Pasques. Ainsy signé : Reinaud.

Item, sequitur tenor alterius littere. — A tous ceulx qui ces presentes lettres verront ou orront, Estienne, seingneur d'Anglure, advoué de Therouenne, salut. Sçavoir faisons que nous avons aujourdhuy tenu, veu et diligemment examiné une cedulle en papier faisant mention de certain traictié et accord faict et pourparlé par nostre tres chier seigneur et oncle, monseigneur de Vergy, seigneur de Autrey et M^{e} Jehan de France, nostre procureur et gouverneur en ladicte advouerie de Therouenne, pour nous et en nostre nom, d'une part ; et reverend pere en Dieu, monsei-

gneur Loys de Luxembourg, evesque de Therouenne, d'autre part, pour cause des droictz et services que nous debvons prendre et fere au joieulx advenement de l'evesque, laquelle cedule la teneur sieut [1].

Touttes lesquelles choses dessusdictes contenues et escriptes en ladicte cedule, le traictié, accord et services dessusdicts, nous ratiffions, aggréons, volons et consentons et promectons à fere en nostre personne pour nous et noz successeurs les services de touttes les choses dessusdictes contenues en icelle cedule, touttes et quantes fois que le cas y escherra et que requis en serons, sans venir à l'encontre par quelque voye ou maniere que ce soit. Et obligeons, quant à ce, nous et nos biens et les biens de noz hoirs, moeubles et immoeubles presens et advenir, lesquelz submetons quant à ce à touttes justices. En tesmoing de ce nous avons faict mectre à ses presentes lettres le seel et contreseel de nostre prevosté et chastellerie d'Anglure, faictes et données vingt deux jours ou mois de may l'an mil quatre cens et seize.

325

(1416, 8 juin, 23 juin, 16 juillet).

C. pièce LXI. *Littere domini ducis et controversie pro jocundo ingressu domini episcopi Morinensis in villa Yprensi, cum introductione bannitorum et apunctuamentum desuper factum per dominum ducem et ratishabitio ejusdem accordi.*

326

(1416, 16 juillet).

C. pièce LX. *Litteras* (sic) *domini ducis* [*Burgundie*] *infirmantes sententiam latam per Scabinos Yprenses contra duos presbiteros quia piscaverant in fossatis ville contra eorum statuta.*

[1] Ici se trouve de nouveau la charte du 9 avril 1415-16, insérée ci-dessus p. 290.

227

(1417-1418, 22 mars).

Littere domini comitis Cadrellensis, filii primogeniti domini nostri principis, revocantes et infirmantes relegationem quam justiciarii Yprenses fecerant de clerico. C. pièce LXXIX.

228

Emendatio excessus prestita per curatum de Nielles et Delettes.

(1421, 6 sepembre).

(Messire Jacques de Crequy, curé de Nielles et de Delettes, se reconnaît passible d'une amende envers la cour de Terouane pour avoir, sans son autorisation, admis à faire ses relevailles une femme appelée Jeanne la Paillarde, qui venait d'accoucher d'un fils dont le père était un prêtre, Adam Merlin, avec lequel elle vivait en concubinage). C. pièce XVI.

229

Revocatio facta per justiciarios Arienses de quodam statuto quod fecerant in prejudicium curie.

(1424, 30 décembre).

(Ce statut portait : « quod nullus burgensis ville Ariensis alium burgen- « sem conveniri faceret coram alio judice quam coram ipsis majore et sca- « binis sub pena solvendi expensas ; » statut contraire à la juridiction de la cour ecclésiastique de Térouane. Sur la demande de Siger Pignoys, au nom des vicaires du diocèse pour l'évêque Louis de Luxembourg alors absent, Jean de Diéval, bailli, Pierre Gazet, châtelain supérieur, Pierre de Beaulieu, maire ; Boulet de Fontaines, Arnoul de Warcamp, Jean Micart, Pierre le Mayeur, Pierre Carette, Jean Wantaire le jeune et Gilles le Leu, échevins, de la ville d'Aire, déclarent que le susdit statut a été rayé sur le registre où il était inscrit). C. pièce LXVII.

330

(1425, 6 septembre).

C. pièce XXXIII. *Recredentia pro domino Morinensi contra capitulum ad exequendum citationes domini nostri in causis appellationum in capitulo et claustris Morinensibus sine licentia capituli.*

331

(1426, 23 août).

C. pièce XXXIV. *Sententia diffinitiva super eodem pro domino Morinensi.*

332

(1426, août).

C. *Instrumentum super quadam appellatione et questione exceptis inter canonicos Morinenses quorum aliqui a Morino recedentes, in Sancto-Audomaro capitulum tenere voluerunt, cum responsione seu datione apostolorum ab episcopo refutariorum* [1].

333

(1426, 7 septembre).

C. pièce XXI. *Arrestum seu recredentia de fructibus per capitulum sede vacante perceptis futuro prelato restituendis.*

334

(1426, 7 septembre).

C. pièce XXII. *Arrestum de cedulis ordinationum valvis ecclesie Morinensis impugne affigendis cum executione desuper facta.*

[1] Cette pièce dont le titre est reproduit ici d'après la table n'est pas transcrite au cartulaire.

235

(1429, 12 juillet).

Copia instrumenti quod justiciarii territorii Furnensis declaraverunt et correxerunt certum eorum statutum sic quod cognoscunt quod laicus suum consubditum laicum citari facere potest in curia Morinensi. C. pièce LXXIIII.

236

Copia cedule continentis accordum super modo « de faire flotteir les preiz de monseigneur de Therouenne et de ses hommes à Dardinghem. »

(1446, 13 octobre).

Le XIII^e^ jour d'octobre l'an mil IIII^c^ et XLVI entre monsieur Jean de Vertain, comte de Fauckembergue, d'une part, et messieurs les vicaires de monseigneur le cardinal evesque de Therouenne d'autre part, a esté advisé et pourparlé certain traictié et accord sur une question esperce à mouvoir entre lesdictes parties pour le faict de la riviere qui flue de Faucquemberghe à Dardinghem et du flotaige des pretz de monsieur le cardinal et de ses hommes et tenans feaudeaulx et cottiers qui ont leurs prés situés entre lesdicts lieux de Dardinghem et Faucquemberghe tel que cy aprez s'enssieult : C. pièce LXXX.

Est asscavoir que, par le consentement dudict monseigneur le conte, ledict monseigneur le cardinal et sesdicts hommez et tenans et les autres qui ont leurs prez joingnans à l'anchien cours de ladicte riviere et à ung autre cours que ont disoit en tamps passé : *le faulse eaue* et ceulx quy polront proufficter du flotaige dont cy aprez sera touchié, feront fouir, wider et nettoier ledict anchien cours et ledict autre cours nommé : *le faulse eauwe,* et sera faicte ouverture à l'encontre d'icelluy anchien cours, joingnant ladicte riviere, entre le pré de Pierre le Beguin, tenu de mondict sieur le cardinal et le prey de la vefve et heritiere de feu Pierre Walais tenu de mondict sieur le conte, tellement que l'eauwe y puist fluer et courir, mais affin que le mollin à draips de mondict seigneur le conte ait eauwe souffissant et que elle ne s'estende trop excessivement oudit anchien cours, mondict sieur le cardinal et sesdicts hommes et tenans et

autres qui ont leurs pretz joingnant et contiguz audict anchien cours et faulse eauwe et qui aront proufict par ledict flotaige, seront tenuz de fere fere, à leurs despens, à l'encontre dudict anchien cours, une retenue de eaues où il y aura trois ventailles de largeur competente, selon l'advis de gens en ce cognoissans, lesquelz tous ventailles se cloront d'une serure ; et y aura serure deux clefz pareilles dont le maunier ou commis au molin de monseigneur le conte aura l'une et pourra clore et ouvrir lesdicts ventailles pour ouvrer à sondict moulin, pour grands eauwes de pluyes et autrement, en toutes manieres, pour la necessité et prouffict de sondict mollin et touttesfois que bon luy semblera sans fraude, sauf en la saison de flotaison desdicts pretz [1]. Et quant à l'autre clef, elle sera et demoura en la garde et gouvernement du bailly ou lieutenant de bailly de mondict seigneur le cardinal audict lieu de Dardinghen ; et pour le flotaige d'iceulx pretz, mondict seigneur le conte a consenty et consent que doresenavant par chacun an lesdicts trois ventailles ainsy faictz ou lieu dessusdict soient ouvertz par le bailly ou commis à ce par mondict seigneur le cardinal et qu'ilz demoeurent ouvert sans ce que mondict seigneur le conte, ses officiers ne sondict maingnier les puissent cloire, depuis le XV^me^ jour de mars jusques au XV^me^ jour de may, aux jours, temps et heures qui s'enssieuvent. C'est asscavoir : depuis le semmedy quatre heures aprez midy jusques au lundy cincq heures au matin ; et pareillement seront ouvertz depuis le mardy vespre, heure de six heures jusques au mercredy, heure de cincq heures au matin et au jeudy vespre jusques au vendredy matin, pareille heure. Et semblablement en sera faict par chacun an depuis le XV^me^ jour d'aougst jusques au XV^me^ jour de septembre pour les eauwes de wan. Et si pendant ce temps ledict molin as drap estoit à festage sans ouvrer pour la solempnité d'aucunes festes ou autres causes, l'on pourroit ouvrir lesdictes ventailles par la maniere dicte et les tenir ouvertz jusques ad ce que ledict maingnier vouloit ouvrer audict molin et lors ledict maingnier les pourroit cloire ou fere cloire. Et durant le temps dessusdict que lesdicts ventailles seront ouvertz, ledit maigner tiendra clos les ventailles de son moulin, sauf qu'il pourra tenir ouvertz les deux d'iceulx ventailles, se bon luy semble. Et aura le bailly ou lieutenant de bailly de mondict seigneur le cardinal la garde et gouvernement de l'une desdictes clefz d'iceulx nouveaulx ventailles pour les clore et ouvrir pour

[1] Le texte porte : *clefs*.

la nécessité du flotaige desditz pretz, aux jours temps et heures cy-dessus declairés, tant seulement et pour en user sans fraude et sans ce que en autre temps mondict seigneur le cardinal ne sesdicts commis puissent fere ouvrir ne cloire lesdicts ventailles ; et tout l'ouvraige de carpenterie et machonerie necessaire à iceulx mondict seigneur le cardinal et sesdits hommes et tenans et autres quy auront prouffict audict flotaige seront tenuz de entretenir à tousjours, bien et souffissaument à leurs despens, en telle maniere que, par la ruyne d'iceulx, mondict seigneur le conte n'y puist avoir prejudice ou domaige à sondict molin. — Collacio facta ad originalem cedulam et concordat : Hubertis.

337

(1464, 14 mai).

De decanatu Hisdiniensi. — Quod redditio compotorum testamentorum ad curiam Morinensem spectat per accordum. C. pièce XXXIV.

338

De emptione decime et personatus de Audenehem pro P. Morinensi episcopo.

Sans date.

Universis presentes litteras inspecturis, Michael Sancti Johannis, Gerardus Sancti Augustini juxta Morinum abbates ; magister Dyonisius penitentiarius Morinensis et Michael decanus cristianitatis de Alekine, salutem in omnium salvatore, universitati vestre ..... D. pièce CCXV.

(Lacune du m^s^ jusqu'au n° CCXXVI).

339

[*De decima apud Castres existente a J. de Ays decano, pro obitibus, capitulo data*].

Sans date.

Ego J. de Ays decanus Morinensis decimam apud Castres existentem valentem annuatim cum altelagio decem et septem libras decem solid. B ^3^. f° 133 v°.

paris., in qua habet capitulum Morinense annuatim sexaginta sex solidos paris. et VIII d. quam cum altelagio predicto nuper emi a domicella de Castres, dictam de Atrio et Baldoino ejus marito, dono capitulo et ecclesie Morinensi ad faciendum de ea prout inferius continetur. De decima autem predicta statuo, dispono et ordino quod fiant duo obitus cum vigiliis et commendationibus in ecclesia Morinensi, videlicet unus pro Yda matre mea defuncta, annuatim post Quasimodo, die immediate sequente obitum bone memorie domini Ade quondam Morinensis episcopi ; alter obitus fiat annuatim pro patre meo, Hugone nomine, die immediate sequente diem nativitatis beati Johannis Baptiste. Et fiat in quolibet obitu distributio prout in dicta ecclesia consuetum : que distributio pro dictis obitibus ad IX libr. par. vel circiter, prout se extendet, credo se extendet. De residuo vero dicte decime et de decima quam dictum capitulum nuper emit ab Arn. de Journi, cujus emptionis precium de pecunia mea propria dicto Arnoldo solvi, dispono, statuo et ordino.

340

Sans date.

C. pièce LXXIV. *Antiqua scripta in papiro super contractu quondam habito inter dominos comitem Flandrie et episcopum Morinensem super facto de Ghisele in fractione treugarum, citationibus laicorum et fidejussoribus seu obligationibus clericorum.*

341

Sans date.

D. pièce CCXXIX. *De collatione altaris de Helfault facta a Johanne cantore Morinensi.*

342

Sans date.

D. pièce CCLIV. *Littere confecte de prebenda Insulensi quam habet perpetuo episcopus Morinensis.*

243

Sans date.

De assensu castellani Sancti Audomari super donatione XXX mensurarum terre et nemoris et venditione XL mensurarum nemoris apud Resbekam. D. pièce CCLXVI.

SUPPLÉMENT [1]

244

De munitionibus prohibitis.

(1184 ou 1185, novembre).

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Remensi archiepiscopo, Sancte Sabine cardinali et apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Ea que a predecessoribus nostris salubri consilio statuuntur [inmobili debent stabilitate persistere etc.] ..... *[Douze lignes illisibles].* A pièce XVII.

Datum Verone V.... novembris.

245

De controversia ejusdem decime [de Deverna] per compositionem sopita.

(1203, juin).

Ego Libertus major de Deverna et jurati, notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, controversiam fuisse super tercia garba decime A. pièce LXXXVIIII.

[1] Les six pièces placées ici ont été à tort omises à leurs dates dans le classement général.

de Deverna inter canonicos Morinenses et Havidim, Willelmi de Deverna quondam uxorem. Canonici enim decimam illam, ex dono ipsius Willelmi et Hugonis de Hanevo, militis, ex cujus feodo decima descendebat, suam esse asserebant, sed sub annuo censu predicto Willelmo tota vita sua fuisse concessam, ita tamen quod post ejus decessum, libere et absque calumpnia ad eos reverteretur. In hujus rei argumentum, cyrographum nobis in presentia Symonis prioris de Wasto et Eustachii de Curset militis, comitis Bolonie tunc ballivorum ostenderunt donationem ipsam testificantem et etiam domini pape Alexandri privilegium eorum confirmans possessionem. Per testes insuper legitimos, si premissa non sufficerent, suum jus probare optulerunt. Mulier vero decimam ad filium suum, tunc parvulum, quem ex dicto W. susceperat, hereditario jure affirmabat pertinere, quia pater ipsam diu tenuerat et usque ad vite sue consummationem et filius postmodum ex ea a prefato Hugone fuerat investitus. Hac ergo de causa, mulier canonicis molesta existens decimamque contra eorum percipiens voluntatem, cum omnibus in hoc auxilium sive consilium prebentibus, in sententiam incidit excommunicationis et diu permansit. Unde et accidit patrem ejus interim decedentem sepultara *(sic)* caruisse cristiana. Ad se denique reversa mulier et usa consilio meliori, canonicorum jus publice recognovit. Et quia decima ex ejus parte non proveniebat et pueri ipsius, infra annos existentes, nullum dederunt assensum nec dare potuerunt, ipsa mater illorum procuratrix, tutelam et curam eorum habens, ex parte ipsorum canonicis decime possessionem concessit et perfidem interpositam astrinxit se deinceps super hoc illos nullatenus molestare, immo pro posse suo cunctos repellere malignantes. Pietatis igitur intuitu et multarum precum interventu ; conquesta enim fuerat gravissime mulier parvulos suos unde nutriret se non habere ; canonici quatuordecim libras parisiensium profectui eorum impenderunt, quas puer primogenitus, cum ad annos discretionis pervenerit, si benigne erga canonicos habere se voluerit, libere habebit et absolute. Sin autem canonici super quosdam redditus ipsius in Deverna viginti et octo solidos parisiensium per annum valentes, septem libras parisiensium preter quinque solidos habebunt, videlicet super redditus duodecim solidos parisiensium valentes, quos Robertus Rufus tenuerat, et super alios redditus sedecim solidos parisiensium valentes, quos Bernerus a patre eorum pignori obligaverat et coram nobis in manus canonicorum resignavit. De reliquis

autem septem libris et quinque solidis parisiensium, presbiter de Deverna, Major, Bernerus et Symon frater ejus securitatem acceperunt quod ante possessionis interruptionem et etiam ante litis ingressum, canonicis plena fiet restitutio. Actum anno domini M° CC° III°, mense junio, sub his testibus : Liberto majore, Symone de Porta, Bernero, Alardo, Guifrido molendinario, scabinis ; Petro portitore, Symone Cachepuul, Petro filio Liberti, Symone Beslunc, Gossone Guiardo, Brictio carnifice, juratis ; Johanne de Deverna, Arnulfo de Curs, Petro de Burnumvilla, Ambrosio de Altofossato, Johanne de Wasto, presbiteris ; Mauricio de Belcauroi milite et multis aliis.

316

[*Confirmatio privilegii Calixti pape secundi a Gregorio papa concessa*].

(1235, 14 avril).

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio preposito ecclesie Sancti Audomari Morinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus nuper in nostra presencia, exhibitum nobis bone memorie Calixti pape predecessoris nostri privilegium quod in multis ejus partibus vidimus esse corrosum, devote petisti ac supplicasti innovari. Nos autem, eodem diligenter inspecto, ne jus tuum et ecclesie tue contigeret deperire ; illud de verbo ad verbum, quantum colligi potuit, duximus presentibus annotandum, auctoritatem ei potestatis plenitudine tribuentes quam originale noscitur habuisse, supplentes etiam in quibusdam dictionibus sillabas quasque et litteras que verisimiliter continebantur eisdem et in eo presumuntur, cum fuit integrum, extitisse ; quas utique, causa discretionis, mandavimus in presenti pagina trusis litteris exarari. Pro dictionibus vero et orationibus in quibus corrosum erat previlegium memoratum quedam spacia vacua ad majorem rei evidentiam in presentibus litteris providimus dimittenda. Ceterum per innovationem [1] hujusmodi nihil plus juris accrescere volumus tibi et eidem ecclesie quam vobis per sedem apostolicam sit indultum cum per hoc conservare jus antiquum, non novum tibi et ipsi ecclesie concedere intendamus. Tenor ipsius privilegii talis extitit : A. pièce LI.

[1] Le texte porte : *invocationem*.

Calixtus episcopus etc. *(Voy. nº 11).*

Nulli ommino ergo hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis, annotationis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum. Datum Laterani, XVIII kal. maii, pontificatus nostri anno octavo. G. Papa. nonus.

347

De venditione et werpitione decime de Mousle facta a Willelmo vicecomite de Falcoberga ecclesie Morinensi.

(1242-1243, janvier).

D. pièce CCXII. Universis presentes litteras inspecturis, abbas de Claromarisco, R. decanus, officialis Morinensis et Guillelmus decanus ecclesie beate Marie de Falcoberga, salutem in omnium salvatore. Noveritis quod Willelmus baillivus de Falcoberga, de consensu Jacobi filii sui primogeniti, coram nobis vendidit, werpivit et quictavit ecclesie Morinensi totam decimam suam de Mousle sitam in personatu ecclesie supradicte, presentibus Ada de Bues et Mathilde uxore ejus, et consentientibus expresse, de quibus idem baillivus tenebat dictam decimam in feodum, paribus dicti Willelmi presentibus et dictas venditionem, werpitionem, quitationem secundum jus, legem et consuetudinem patrie et curie dicti Ade et uxoris ejus, juramento interposito, promiserunt quod venditionem, werpitionem et quictationem supradictas firmiter et fideliter observabunt, et quod predictam ecclesiam vel illum cui predicta ecclesia illam decimam assignabit de cetero nullatenus molestabunt sive perturbabunt, nec querent artem sive ingenium per quod predicta ecclesia vel persona cui predicta ecclesia predictam decimam duxerit assignandam per se vel per alium possit in aliquo molestari. Ad hec, nobilis vir Arnulphus advocatus Morinensis et uxor ejus a quibus dictus Adam dictam decimam tenebat in feodum dicte venditioni consenserunt liberaliter et benigne ac dominus dicti Ade, scilicet advocatus et uxor ejus, tamquam dominus ipsius, ratam habuerunt et approbaverunt. Dominus vero reverendus pater noster P. dei gratia Morinensis episcopus omnia et singula superius contenta, tamquam superior dominus dicte decime, laudavit et approbavit, ac etiam auctoritate dyoce-

sana dicte ecclesie confirmavit. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum anno domini M° CC° XL^mo secundo, mense januario.

318

De compromisso inter episcopum et capitulum Morinense ex una parte et Robertum de Cresecqua ex altera, super juridictione temporali.

Sans date. (Milieu du XIII^e siècle).

Universis presentes litteras inspecturis, Gerardus vicedominus Ambianensis et dominus de Pinconio, Ingerannus dominus de Fieules et Symon de Villari Sancti Pauli, ballivus Attrebatensis, milites, salutem in domino. Noverint universis quod cum reverendus pater P. dei gratia Morinensis episcopus, de consensu et voluntate Johannis decani et capituli Morinensis, ex una parte, et Robertus dominus de Creseka in nos compromisissent super omnibus discordiis que erant vel que esse poterant inter dictos episcopum et Robertum super hiis que pertinebant ad feodum quod idem R. tenet a domino episcopo, secundum formam que in litteris eorumdem super hiis confectis plenius continetur, nos tres, de uno assensu, super dictis discordiis legitima facta inquisitione, arbitrandum duximus in hunc modum : videlicet quod dominus de Creseke in omnibus forefactis judicatis per scabinos Morinenses dicti episcopi factis intra pacem et dominium ville Morinensis debet habere medietatem. Episcopus vero nulla forefacta potest ante prolatum a scabinis juditium condonare, immo, debent per dictos scabinos terminari usque ad juditium et ad legem. De omnibus inventis super terram et rebus extraeriis infra pacem et dominium ville Morinensis, debet dominus de Creseke habere medietatem. Omnia vero inventa in terra debent esse integra domini episcopi. Item omnes foraneos captos et arratatos *(sic)* infra pacem et dominium ville Morinensis et etiam omnes cives Morinenses captos pro furto vel pro re alia, propter quam deberet aliquis incurrere mortem sive destructionem corporis, nisi tam foranei quam cives clerici fuerint, vel crucesignati, debet dominus de Creseke custodire in prisionia in qua custodit prisionarios domini episcopi. Sed si cives Morinenses capti fuerint pro quibusdam rebus aliis, ipsi debent custodiri in propria prisionia domini Morinensis

A^3. pièce CCXXVIII

episcopi, ubi voluerit idem episcopus. Item, infra pacem et dominium ville Morinensis non debent esse furce, nisi ille ad quas dominus de Creseke facit justiciam domini Morinensis episcopi. Item clerici et crucesignati capti debent adduci et custodiri in prisionia domini episcopi et si inde sit justicia facienda, dominus episcopus debet eam facere extra pacem et dominium ville Morinensis, si sibi placuerit. Et si de ipsis noluerit justiciam fieri dominus episcopus infra pacem et dominum ville Morinensis, debent tradi domino de Creseke ad faciendam justiciam de ipsis in loco in quo facit justiciam domini episcopi. Et eodem modo quo de clericis et crucesignatis dictum est, fieret de prisionariis, si aliqui adducerentur de locis foraneis apud Morinum et etiam de quocumque capto in domo domini episcopi Morinensis. Ad custodiendum vero festum Morinense potest dominus de Creseke, se secundo vel tercio, esse cum preposito domini episcopi, sive duo vel tres ipsius servientes. Et si dominus de Creseke vel ejus serviens a preposito domini episcopi fuerit requisitus, ipse vel ejus serviens debet secum habere et adducere de bona fide homines ad custodiendum jus domini episcopi et suum ; ita tamen quod dominus de Creseke sive ejus serviens neminem possunt capere, nisi de mandato prepositi domini episcopi, nisi fugientem ; quem si contingeret capi, debet adduci ad prepositum episcopi. Quem dictus prepositus episcopi debet reddere domino de Creseke sive ejus servienti ad custodiendum in prisionia domini episcopi ubi dominus de Creseke custodit prisionarios domini episcopi, nisi fuerit clericus, crucesignatus, sive civis Morinensis qui non esset captus pro furto vel pro tali re, propter quam deberet mortem incurrere vel corporis destructionem. Item, quando scabini Morinenses sedent in banco conjurati, prepositus episcopi potest loqui pro voluntate sua illis scabinis absque domino de Creseke sive ejus preposito et servientibus ipsius. Item, in bannitione, quando eam facit prepositus de Creseke, nunquam vicecomes sive dominus de Creseke nominatur. Item prepositus domini episcopi ad petitionem domini de Creseke sive ejus prepositi debet ei facere haberi suum forefactum a scabinis judicatum. Quod si requisitus non faceret, dominus de Creseke sive ejus prepositus debet super hoc ad dominum episcopum referre, si episcopus fuerit in dyocesi Morinensi. Et si dominus episcopus in hoc deficeret, dominus de Creseke sive ejus prepositus potest capere infra pacem et dominium ville Morinensis illum qui tenetur in forefacto per scabinos judicato quousque satis-

factum ipsi fuerit de dicto forefacto. Item, riparia, ab Ostonis molendino usque ad pratum Boutini, debet partiri in duas partes ita quod medietas ex parte Ostremolini erit domini episcopi, alia vero medietas a parte prati Boutini erit domini de Creseka, salva tamen in dicta riparia in omnibus jure alieno. Forefacto vero que acciderint in dicta riparia inter Ostremolinum [et pratum Boutini] erunt communia domino episcopo et domino de Creseke sicut alia forefacta de quibus est s[uperius dictum].

349

De decima de Pihem.

Sans date. (XIII[e] siècle).

Ego Arnulfus dominus de Arda, Burburgensis castellanus, notum facio tam presentibus quam futuris quod Boidinus clericus de Pihem et Eustachius frater ejus recognoverunt, coram me et hominibus meis, se jurasse in plena ecclesia nichil juris hereditarii se habere vel exigere in personatu de Pihem, scilicet in decimis et oblationibus beate Marie Morinensis ecclesie. Quod quia manifeste cognitum est coram me concedo et obsidem me constituo, quod post decessum prenominati B. clerici faciam canonicos decimas et oblationes in pace quieta possidere et hoc confirmo sigilli mei appensione. A. pièce LXXXVIIII

APPENDICE

MARTIROLOGIUM

[JANUARIUS]

KAL. — *Circumcisio domini duplex.*
Tricenarium Johannis Edry canonici diaconi, semis. Cum isto, R. de Massemi, semis.
Obitus Radulphi de Kala, Morinensis episcopi, pro quo faciendo in nostra ecclesia M^r Egidius de S^to Johanne, capellanus S^ti Eligii, dedit capitulo nostro LX. lib. par., anno domini M^o CC^o LXX^o sexto, mense septembri.

IV. — Obitus Hugonis de Creki, militis, qui dicitur fecisse fieri vitream *O* usque claustrum, ut patent arma ; set quedam Avelina, probissima mulier, fertur fecisse fieri aliam vitream dictam *le O* usque portale, in qua pingitur in pede.

III. — Obitus patris et matris domini Felicis. Valet LXIIII S. Canonicus : XVIII d., capellanus : VIII d., dyaconus : V d., subdyaconus : V d., puer : I. d.

II. — Obitus Droconis de Kala, archidiaconi Flandr. et levite, fratris Radulphi venerabilis Morinensis episcopi.

NONAS. — Obitus Radulphi Aurelianensis subdiaconi.

VIII. — *Epyphania domini duplex, cum processione propter, ante tribus miraculis, III s.*

Obitus Francisci de Pergamo, canonici sacerdotis ; vacat.

VII. — Obitus (vacat) magistri N. de Falcoberga, dyaconi.

Obitus magri P. Barrerii, canonici, dyaconi, semis. L s. capiendos super molendinum Morinense. (Bursa celarii debet).

Obitus Willermi sigilliferi, sacerdotis, capellani.

VI. — Obitus Petri de Sancta Susanna, sacerdotis, prepositi Sancti Audomari.

V. — Obitus Karoli regis Cicilie.

IV. — Obitus G. Postel, dyaconi, canonici Remensis, VI lib.

III. — Obitus Ymberti de Salinis, canonici, dyaconi, cum pane.

II. — Obitus R. Lemoiste presbiteri, prepositi Yprensis. (Decima de Zuitkerka debet).

IDUS. — *Inventio Sti Firmini duplex*, — pro pulsatione ejusdem diei, V. S. — Capitulum generale. — Luket. — Cuilibet canonico, XX s.

XIX. — Obitus Odonis de Senonis, subdyaconi, canonici ; dedit LX lib.

XVIII. — Obitus R. de Massemi, canonici Morinensis, dyaconi. Valet LXa S., semis. Assignatur a Fontaines juxta Nedon et Eps, LX. s.

XVII. — Obitus Margarete matris Jacobi episcopi. (Decima de Zuitkerka debet).

XVI. — Obitus Hugonis de Doy, militis, et filiorum ejus canonicorum, XVIII d. Capellanus : XV d., dyaconus atque subdyaconus : IX d., pueri : III d. (Non habet offer[torium] neque candelas).

XV. — Obitus Symonis Fourre, vacat.

XIV. — Obitus Johannis de Novovico canonici sacerdotis, semis. (Hic dedit XXXIV lib.) Cum isto fit obitus Michaelis de Mota, semis.

XIII. — Obitus Nicolay de Regio, sacerdotis, canonici, ad decimam de Canisvilla.

XII. — *Agnetis virginis et matris.*

XI. — *Vincentii martiris duplex.*

(Nota quod nunc est altare beate Marie de Miraculis ; prius erat Sti Stephani in ecclesia Morinensi. Hec dedicatio facta est a Johanne episcopo, anno domini Mo Co XXVIIIo).

X. — Obitus J. episcopi secundi, semis. Vacat propter decimam de Ruminghem redemptam.

IX. — Obitus magistri G. de Noilettes canonici diaconi. Valet VIII. l. IX. s. et redditus continentes in fine istius kalendarii.

(Nota, in registro notarii J. de Monstier penes capitulum quod bursa celarii debet omni anno burse obituum LX. s. par., pro obitu dicti G. de N.)

VIII. — *Conversio Sancti Pauli, duplex.*
Obitus Johannis de Corbeya decanus *(sic)* sacerdotis. Valet IX lib.

VII. — Obitus Johannis de Cathen, subdyaconi, canonici.

VI. — Obitus Johannis episcopi primi, semis. Vacat. Obiit anno domini M° C° XXX°. — Decima de Ruminghem redempta, ut f° obituum CXV.

V. — *Agnetis secundo.* — Memoria Jacobi episcopi Morinensis primo.

III. — Obitus domini Companni de Cambello dudum penitentiarii et canonici Morinensis. Valet VI lib. IIII s. Remanet.

II. — Obitus magistri Mikaelis de Mota canonici Morinensis presbiteri, semis.

Nota quod prima dominica septuagesime fit duplex quantum ad pecuniam.

Vinum episcopi et capellanorum pro mense januarii : XIII s. VI d.

Nota quod in crastino Epyphanie fit missa Sancti Spiritus pro domino Morinensi, semis.

[FEBRVARIVS]

[KAL.] — *Purificatio beate Marie virginis, duplex cum processione.*
Item, pitantia : III s. pro R. Gaude. Ad vesperas, II d.
Item, ad vesperas, I d. ; Item, ad missam, I d. ; Item, ad vesperas, I d.

III. — *Blasii episcopi et martiris,* IX s. Distributio turonensium ad magnam missam et vesperas (ex decima de Ghimy).

II. — Obitus Walteri Le Franchois.

NONAS. — Obitus Egidii de Cornonio canonici Morin., semis. — Cum isto fit obitus Guidonis Lupi, semis.

VIII. — Memoria Jacobi episcopi Morinensis secundo. Remanet.
VII. — Obitus Clementis dicti Le Burrier subdiaconi. Vacat. II lib.
VI. — Obitus Salomonis cantoris sacerdotis (qui instituit septem cereos ad majus altare qui debent ardere singulis diebus ad magnam missam. Et debent ardere ad vigiliam et ad commendationem et ad missam in anniversario ipsius. Idem in ordinamento ecclesie similiter instituit LXI cereolos circa altare qui statutis diebus debent ardere, videlicet in purificatione, in octavis assumptionis beate virginis, in festo Dyonisii (?) et in festo omnium sanctorum).
IV. — Memoria Galteri et Ysabellis parentum magri Jo. de Preura.
III. — Obitus B[alduini] de Renenghes, prepositi Furnensis, sacerdotis.
II. — Tricenarium Odonis de Senonis subdyaconi.
Idus. — Obitus Guidonis Lupi de Sarania, militis, semis.
XV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi, tercio. Remanet.
XIV. — Obitus parentum Johannis Edri, semis. — Cum isto obitu fit ob. Ingolisse, matris Rolandi, semis.
XIII. — Obitus archiepiscopi Ravanensis (ad decimam de Canisvilla).
XII. — Obitus Jo. Tabary, episcopi Morinensis. Rt valet XIIII l. (Magnis capellanis, cuilibet III s., aliis capellanis, et presbiteris, cuilibet XVIII d., dyaconibus, cuilibet XII d., subdyaconibus, cuilibet IX d., pueris chori, cuilibet VI d., fabrice II s. VI d., pro pulsatione, II s., luminari, II s., pro offertorio XIII d. Bursa celarii solvit).
X. — Obitus Ingolisse matris Rollandi canonici, semis.
VIII. — Obitus Johannis dicti Le Porchel sacerdotis, vacat ; vel *Petri Cathedra*.
VI. — *Mathie apostoli duplex.*
V. — Memoria fidelium animarum fraternitatis ecclesie Morinensis. — Distributio. — Minuta brevia debent.
IV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi. Remanet.
III. — Obitus Ademari Roberti quondam Morinensis episcopi. Canonicus habet in vigilia, II s. et in die, ad missam, V s. Quatuor magni capni in vigilia, XII d. et ad missam, II s., capellani et presbiteri in vigilia, X d. et ad missam, XX d. vicarii ad vigiliam, V d. ; pro fabrica, II s. VI d. ; pro offertorio, XIII d.

II. — Obitus magistri Johannis de Ays decani Morinensis presbiteri. Valet IX lib. paris.

Obitus Roberti de Cauda subdyaconi canonici.

Nota quod semper in die Cinerum celebratur missa pro fidelibus defunctis benefactoribus ecclesie Morinensis. Fabrica debet.

Nota quod semper die Carnisprivii debet fieri obitus magistri Michaelis de Mota canonici sacerdotis. Valet CIII s.

Nota quod dominica in quinquagesima dantur quinque solidi ad manducaverint *(sic)* scilicet cuilibet canonico.

Item, in die cinerum, pro duplici habetur et dantur XXX libre amigdalarum cuilibet canonico, dum tamen sint residentes per majorem partem XL et fecerint totum stagium ad plenum.

Similiter, domino Morin. episcopo, XXX libre amigdalarum solummodo annuatim, dicta die Brandonum.

Sabbato ante Brandones fertur feretrum versus Sanctum Audomarum cum processione ; cuilibet canonico, II s. Fabrica debet.

Item, die brandonum, distribuuntur octo lib. parisiens. inter residentes canonicos, dum tamen fuerint residentes per majorem partem Augusti et sint presentes dicto die brandonum hora capituli vel misse. Et eodem modo lucrantur capellani beneficiati quadraginta s. par., pro oratione Petri episcopi.

Pro mense februarii episcopo et magnis capellanis cuilibet X s. VI d.

Die cinerum, in missa, domino decano Morin. duo poti vini ; cuilibet canonico, unus potus vini ; cuilibet sacerdoti de choro Morin. beneficiato, unus potus vini ; rectori scolarum, dyaconis et subdyaconis de choro Morin. cuilibet, dimidius potus vini debent distribui pro domino Jacobo de Pissiaco perpetuo capellano in ecclesia Morinensi sub hac conditione quod dominus decanus et canonici debent interesse in ecclesia Morin. in elevatione sacramenti, nisi fuerint impediti pro negotiis ecclesie vel alia justa causa secundum consuetudinem ecclesie Morinensis. Sacerdotes et alii in sacris ordinibus constituti et rector scolarum debent esse presentes in choro in elevatione dicte misse, nisi fuerint infirmitate vel alia justa causa impediti et pro distributione facienda empti sunt redditus.

Pari forma distribuuntur dicta die cinerum domino decano ecclesie Morin. quatuor panes et cuilibet aliorum de dicta ecclesia in sacris constituto, duo panes pro domino Oudardo du Dormoy dudum capellano in eadem ecclesia Morinensi.

Magister Willelmus de Busco canonicus Morin. fundavit in dicta ecclesia duos plenos obitus a remanet ; item, sermonem sive paonem faciendos singulis annis die veneris sancta etc. Actum in capitulo generali celebrato Morini in octabis beati Jo. Baptiste, anno domini 1424.

[MARTIVS]

KAL. — Obitus Richeldis, matris Radulphi venerab. Morin. episcopi, semis.

VI. — Obitus Willermi de Lisques canonici Morin. presbiteri. Valet XIII lib.

V. — Obitus H[ugonis] de Muris militis et Jo. ejus filii,

IV. — Obitus G. de Poissiaco canonici Morinensis.

III. — Obitus Philippi de Mornay diaconi, vacat.

II. — Obitus Marie Le Burriere.

NONAS. — Obitus Mathildis regine Portugalie et comitisse Flandrie.

VIII. — Obitus Mathildis castellane S^ti^ Audomari.

Memoria Balduini de Renenghes, Furnensis prepositi. Vacat.

(VIII° idus martii, civitate Teruanna, transitus S^ti^ Humfridi episcopi et confessoris. Qui cum XV annis per multas tribulationes Teruanensem rexisset ecclesiam, migravit ad dominum).

VII. — Obitus Johannis de Doy decani et sacerdotis hujus ecclesie.

VI. — Obitus patris et matris Marci penitentiarii, semis.

V. — Obitus N. Belvacensis canonici, diaconi ; vacat.

IV. — *Gregorii pape, duplex.*

III. — Obitus Petri de Advocatis subdiaconi romani et hujus ecclesie canonici.

II. — Obitus mag^ri^ Dy[onisii] penitentiarii, sacerdotis.

IDUS. — Obitus Th[eobaldi] de Nantoel subd., semis. — Cum isto fit ob. Walteri d'Ays sacerdotis.

XVII. — Obitus Guidonis de Raveniel sacerdotis, prepositi Ariensis, dedit LX libr.

XVI. — Obitus P. de Molignon subd.

XV. — Obitus patris et matris N. de Regio cum libis.

XIV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi. Remanet.

XIII. — Memoria Vincentii capellani regis, huj. ecclesie canonici, cum libis.

XII. — Memoria Johannis Edris diaconi canonici. Valet, C. s.

XI. — Obitus Walteri d'Ays sacerdotis, semis. — Distributio Jacobi de

Teruanne translatum est corpus S^ti^ Humfridi episcopi sub altare S^te^ Marie. Hec translatio facta est a Joanne episcopo, anno domini M° C° VIII°.

XVII. — Obitus G. de Manicuria, semis. Vacat.
Tricenarium Guidonis de Ravenel sacerdotis canonici Morin. et prepositi Ariensis.

XVI. — Obitus Agnetis de Magni curia, semis. Vacat.

XIV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi.

XIII. — Tricenarium G. de Poissiaco canonici Morin. super domum suam.

XI. — Obitus Gerardi thesaurarii dyaconi.

X. — Obitus Odonis de Ulmeto sacerd. hujus eccl. canonici vel Oudardi de Ulmeto qui legavit ecclesie L s. super grangiis domini Jacobi de Niellez canonici ac Balduini du Lokin, pro pane in dierum *(sic)* cinerum capiendos.

IX. — *Georgii martyris.*

VIII. — Obitus Petri de S^to^ Johanne sacerd. Valet VIII lib. (domus).

VII. — *Marci evangeliste duplex.* Luket.

VI. — Obitus Johannis de Ypra militis, castelani S^ti^ Audomari. Vacat. Memoria Bald. Furnensis prepositi et sacerdotis.

V. — Obitus Alani canonici subdyaconi. Vacat. Hic dedit IIII^or^ lib. par.

IV. — Obitus Balduini de Wissant, sacerdotis, canonici Morin.

III. — Obitus Balduini de Maiones sacerd. et huj. eccl. capellani, cum libis.

II. — Obitus Willermi de Maumes sacerd. canonici et huj. ecclesie decani. Dedit LX lib.

Sabbato in Ramis palmarum ad vesperas pro hymno : *Rex Angelorum*, canonicis et capellanis, presbit. et vicariis, cuilibet, I d. Luquetus debet.

Nota quod dominica in Ramis palmarum, in die cene, dies Parasceves computatur pro duplis. Item, in die Pasche, per tres dies sequentes et in octabis Pasche est duplex, nec solum solvitur IIII d. par.

In die cene ad mandatum, canonicis atque vicariis, cuilibet, VI d. ad quos tenetur episcopus.

Oblata ad crucem, in die veneris sancta, spectant vicariis eccl. Morin. de consuetudine solita. — Oblata, in tribus Natalibus, sc. Nativitate domini, Pascha et Penthecoste, spectant decano ecclesie. — Oblata vero, in missa mortuorum, spectant sacerdoti celebranti, diac. et subdiac.

V. — Tricenarium magri J. de Ays decani Morin. presbiteri.
IV. — Obitus Ade Touniel hujus ecclesie penitentiarii et sacerdotis. Valet VI lib. IIII s.
III. — Memoria matris R. Forre. Vacat.
II. — *Sabbato dominice in passione ad completorium pp. o rex gloriose.* Canonicus habet III s.

[APRILIS]

KAL. — Obitus Adenulphi sacerdotis venerabilis episcopi Parisiensis ac prepositi Sti Audomari. Valet VII libr. (distribuend. de domo).
IV. — Obitus Johannis de Parisius subdiaconi. Valet VIII lib. Vacat.
II. — *Ambrosii episcopi duplex.*
NONAS. — Obitus magri Petri de Auffertun sacerdotis, hujus ecclesie capellani.
VIII. — Obitus Johannis de Cresci penitentiarii.
VII. — Obitus Henrici Morin. episcopi. (Hic dedit quingentas libras conversas in emptionem Xme de Zuitkerka). — Distributio plena valet XXV lib. cum libis II. Capellani magni, III s. Omnes presbiteri de choro, XVIII d., unum libum. Vicarii, XVIII d., II liba. Dyaconi non vicarii, XII d., I libum. Subdyaconi, IX d. I libum. Pro libis predictis, III s., R. bladi. Item, pro pulsatione, II s., pro luminari, VI s. et totidem per omnia in tricenario suo.
VI. — Obitus Jacobi Edry et Ysabelle sororis ejus, semis.
V. — Obitus Johannis de Blesis sacerdotis, canonici Morinensis et prepositi Sti Audomari.
IV. — Obitus Balduini de Coyeka, sacerdotis.
III. — Obitus Bartholomei de Clugni sacerdotis. Valet L s., semis.
II. — Obitus Rogeri de Blangi quondam penitentiarii sacerdotis. Valet XVI R. bladi super molendin. Morin. — Tricenarium Dyonisii penitentiarii sacerdotis et memoria patris et matris ejusdem.
IDUS. — Obitus Ade de Attrebato subdyaconi canonici. — Eodem die,

Teruanne translatum est corpus S^ti^ Humfridi episcopi sub altare S^te^ Marie. Hec translatio facta est a Joanne episcopo, anno domini M° C° VIII°.

XVII. — Obitus G. de Manicuria, semis. Vacat.
Tricenarium Guidonis de Ravenel sacerdotis canonici Morin. et prepositi Ariensis.

XVI. — Obitus Agnetis de Magni curia, semis. Vacat.

XIV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi.

XIII. — Tricenarium G. de Poissiaco canonici Morin. super domum suam.

XI. — Obitus Gerardi thesaurarii dyaconi.

X. — Obitus Odonis de Ulmeto sacerd. hujus eccl. canonici vel Oudardi de Ulmeto qui legavit ecclesie L s. super grangiis domini Jacobi de Niellez canonici ac Balduini du Lokin, pro pane in dierum *(sic)* cinerum capiendos.

IX. — *Georgii martyris.*

VIII. — Obitus Petri de S^to^ Johanne sacerd. Valet VIII lib. (domus).

VII. — *Marci evangeliste duplex.* Luket.

VI. — Obitus Johannis de Ypra militis, castelani S^ti^ Audomari. Vacat. Memoria Bald. Furnensis prepositi et sacerdotis.

V. — Obitus Alani canonici subdyaconi. Vacat. Hic dedit IIII^xx^ lib. par.

IV. — Obitus Balduini de Wissant, sacerdotis, canonici Morin.

III. — Obitus Balduini de Maiones sacerd. et huj. eccl. capellani, cum libis.

II. — Obitus Willermi de Maumes sacerd. canonici et huj. ecclesie decani. Dedit LX lib.

Sabbato in Ramis palmarum ad vesperas pro hymno : *Rex Angelorum*, canonicis et capellanis, presbit. et vicariis, cuilibet, I d. Luquetus debet.

Nota quod dominica in Ramis palmarum, in die cene, dies Parasceves computatur pro duplis. Item, in die Pasche, per tres dies sequentes et in octabis Pasche est duplex, nec solum solvitur IIII d. par.

In die cene ad mandatum, canonicis atque vicariis, cuilibet, VI d. ad quos tenetur episcopus.

Oblata ad crucem, in die veneris sancta, spectant vicariis eccl. Morin. de consuetudine solita. — Oblata, in tribus Natalibus, sc. Nativitate domini, Pascha et Penthecoste, spectant decano ecclesie. — Oblata vero, in missa mortuorum, spectant sacerdoti celebranti, diac. et subdiac.

Item, in die Pasche, fit processio. Item, pitancia, III s. Item per tres dies sequentes fit processio ad fontes, cuilibet canonico, XII d.

Item, feria quinta, sexta et septima, cuilib. canonico, II copeta, aliis vero unum coppetum et in eisd. feriis Nativitatis domini et Penthecostes. Inde habentur C s. par. annuatim prope Lillerium, de redditu C. francorum mag^ri Willelmi d'Enle canonici Morin. Actum anno 1427, in capitulo, mense septembri.

Crastino Quasimodo fit semper obitus Ade quond. Mor. episcopi.

Die martis post Quasimodo fit semper obitus Yde de Ays.

Pro mense aprilis, XI s. VI d.

Anno domini M° CC° nonagesimo VII°, vigilia apostolorum Symonis et Jude, in generali capitulo ecclesie Morinensis, statutum fuit et concorditer ordinatum ne defuncti quorum elemosina ipsa ecclesia fundata est, propriis orationum suffragiis in festis duplicibus de novo institutis in ipsa ecclesia omnino fraudarentur ut in festo beati Johannis ante portam Latinam, in festo S^ti Germani, in festo beati Stephani de inventione, in festo Sancte Walburgis, in festo beati Eustatii sociorumque ejus, in festo Sancti Firmini de inventione, in festo Sancti Vulfranni, in festo Sancti Donatiani, in festo Conceptionis beate Virginis, in festo quinque gaudiorum S^te Virginis, in festo beate Anne matris Marie virginis ; et in fiendis in posterum, fiat missa fidelium inter primam et terciam, prout fit in festis novem lectionum, nisi ipsa festa duplicia vel aliqua eorum cadant in dominica, nonobstante consuetudine de antiquis duplicibus.

MAYUS

KAL. — Nota quod in kalenda maii fit compotus cereorum et pelvium. Quilibet canonicus habet XII d.
Philippi et Jacobi apostolorum duplex.

VI. — Obitus Roberti Pinchenier, semis. Cum isto fit ob. Guillelmi de Sancto Remigio.

V. — *Inventio Sancte Crucis duplex.* Fit processio ante ✣. Secundum antiquos libros, cuilib. canonico, XII d.

IV. — Obitus Simonis Luket (de Ekinegate, vel subdiaconus vita inclita Morinensem illustravit ecclesiam). Bursa Luketi debet.

III. — Obitus M. de Preura. Vacat.

II. — *Johannis ante portam Latinam duplex.* Luket.
Obitus Riceldis de Doy matris P. Morin. episcopi.

NONAS. — Tricenarium II. Morin. episcopi. Fit distributio ut die obitus sui.
VIII. — Obitus Philippi cantoris et canonici, sacerdotis, cum libis.
VII. — Obitus Jacobi de Poissi sacerdotis.
VI. — Obitus Guillermi de S^to^ Remigio canonici, presbiteri, semis.
V. — Obitus Cristiani decani sacerdotis et canonici, unde in tumba ejus : HUC CRISTIANUS JACET IN TELLURE DECANUS.
III. — Memoria Jacobi episcopi.
II. — Obitus mag^ri^ Johannis de Preura, sacerdotis. Valet VI lib.
IDUS. — Obitus Balduini episc. Morin. semis. Vacat. (Hic obiit anno domini M° XXX°).
XVII. — Memoria J. fratris R. Fourre. Vacat.
XVI. — Obitus Willermi de Mascons, quond. episc. Ambianensis.
XV. — Obitus Baldevini de Bapalmis scolastici Morin. Vacat.
XIV. — Obitus mag^ri^ Ray^di^ Pinchenier ; et vita sua durante fiebat missa S^ti^ Spiritus cum distributione.
XI. — Obitus H. de Ays penitentiari et sacerd. Valet VIII lib.
IX. — Obitus Galteri thesaurarii, vacat.
VIII. — Obitus Petri de Colemedio episcopi Albanensis.
VII. — Obitus Hugonis Paliart diaconi, canonici Morinensis.
VI. — Obitus mag^ri^ Johannis de Noentel, semis. (Cum fit ob. seq^s^).
V. — Obitus Hugonis de Ypra, semis. (Ad decimam de Stapulis).
IV. — Obitus Johannis de Busket.
Obitus Guidonis de Folliano, romani accoliti et canonici. (Zuitkerka).
III. — Obitus Bonifacii de Vicecomitibus subdiaconi canonici. (Apud Fontaines).
II. — Obitus Johannis Tuodia sacerd. Fabrica debet.
Pro mense maii XVI s.

[JVNIVS]

KAL. — Obitus Philippi comitis Flandrie qui s^tam^ dei ecclesiam in statu dignissimo conservans omnibus conventualibus ecclesiis Flandr. comitatus, panem et vinum ad divinorum celebrationem devotus assignavit.

IV. — Obitus Willermi Colet. (Hic dedit LX lib. conversas in X^a de Zuitkerka).
II. — Obitus Gerardi de Tortefonte dyaconi. Valet XII lib.
NONAS. — Obitus domini Bartholomei de Chertaldo canonici Morin. et subdiaconi.
VIII. — Obitus magri Erardi de Neapolis subdiaconi.
VII. — Tricenarium Jacobi de Poissi capellani.
VI. — Obitus magri Michaelis de Mota canonici sacerd. Valet CIII s. Remanet.
III. — *Barnabe apostoli, duplex.*
II. — Obitus Johannis Mousselet sacerdotis.
IDUS. — Obitus Johannis Coulon sacerd. et decani hujus ecclesie.
XVIII. — *Basilii episcopi et confessoris, duplex.*
XVII. — Obitus Jacobi de Aubigni, cum pane et libo.
XVI. — Obitus Johannis Liestes canonici sacerd. Valet VIII libr. cum pane.
XV. — Obitus magri Simonis Vairet, sacerdotis, semis. Celarius debet.
XIV. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi.
XIII. — Obitus Nichasii Crokenake dyaconi, semis. Bursa celarii debet.
XII. — Obitus Lamberti quond. Morin. episcopi. — Distributio communis cum libis. Vicarii IIII, XII d.
XI. — Obitus Theobaldi de Pomosa archid. sacerd. Valet VI libr.; habemus de domo ejus LX libr.
X. — Obitus Ade, Morinensis episcopi, cum libis.
IX. — Obitus Hugonis de Ays patris Jo. de Ays, decani Morinensis.
VIII. — *Nativitas sancti Johannis Baptiste, duplex.*
VII. — *Eligii episcopi et confessoris IX lect., duplex.*
VI. — Obitus domini Gerardi de Dainvilla dudum mortui et sui decessus tempore Cameracensis episcopi. Valet XII libr.
IV. — Obitus domini Petri de Herceval. Valet XL s., semis. (Cum isto fit ob. Willelmi de Canisvilla).
III. — *Petri et Pauli, duplex.*
II. — *Commemoratio Sancti Pauli.* — Distributio Turonensium ad matutinas, ad missam et ad vesperas.

Obitus P. d'Orgemont, episcopi quondam Morinensis.

Pro mense junii : XIIII s.

[IVLIVS]

KAL. — Hic fit compotus generalis. — Capitulum generale. — Memoria Jacobi episcopi Morinensis. — Remanet.

VI. — Obitus Willermi de Canisvilla sacerd. capellani, semis. Qui dedit nobis XXXV libr. paris. que posite fuerunt in emptionem decime Clay Blanchart site in parrochia de Louches ; et fiet ejus anniversarium plenum solemniter.

IV. — Obitus Laurentii de Chaniera. Vacat.

II. — Obitus magri Lanfranchi de Turre Ste Ro. ecclesie vicecancellarii, canonici et subdiac. Hic dedit XXV libr. Valet L solid.; apud Yseke pignus.

NONAS. —

VIII. — Obitus Johannis de Colemedio canonici et thesaurarii Morinensis, dyaconi, semis. — Eodem die, depositio Sti Patris nostri Effrem dyaconi, magnarum virtutum et excellentis ingenii viri.

V. — Obitus H. de Lugduno, semis. (Hic obitus fit cum precedenti).

IV. — Obitus magistri Dy[onisii] Lemovicensis sacerdotis. Valet VII l. Vacat.

Hac die, fit obitus ad majus altare domini Radulphi Lemaire, archid. Morinensis. Remanet.

II. — Obitus Philippi regis Francie, cum libis.

IDUS. — Obitus Milonis quondam Morin. episcopi, semis. Vacat. (Propter Ruminghem, ut supra). Qui hanc ecclesiam sancta conversatione illustravit et multa ei beneficia contulit.

XVII. — Obitus Johannis Ascirotaines. Vacat.

XVI. — Gerardi de Bosco, sacerdotis, canonici Morin. et prepositi Sti Audomari semis. Fabrica debet.

XIV. — Obitus magri Egidii de Maseriis sacerd., canonici. Valet XII libr.

XII. — Obitus Johannis de Maignicourt sacerd., hujus ecclesie capellani.

XI. — *Marie Magdalene, duplex.*

X. — Memoria Henrici Morin. episcopi.

IX. — Obitus Johannis de Coully, capellani, semis. Luketus debet.

VIII. — *Jacobi apostoli, duplex.*

VI. — Obitus magri Petri Barbe quondam thesaurarii Morinensis. Valet VI l. — Hic fit obitus domini Jo. de Wissoc militis. Fabrica solvit.

V. — Obitus Johannis de Fieffes dyaconi, archidiaconi Fland. in ecclesia Morinensi.

IV. — Memoria Anselmi fratris R. Fourre. Vacat.

II. — *Germani episcopi et confessoris, duplex.*
Obitus Johannis Bulaine capellani Morinensis.
Pro mense julii, XII s.

[AVGVSTVS]

KAL. — *Ad Vincula Sancti Petri* (IX lectiones). — Distributio Turonensium ad matutinas, ad missam et ad vesperas. Fabrica solvit.

Nota quod in crastino Sti Petri ad Vincula, si licite possit fieri, fit obitus Petri d'Orgemont quond. episcopi Morinensis. Qua die fit missa de Ste Spiritu pro domina de Hollande matre Jo. de Wissoc decani Morin., vita ejus durante, nunc mortua ; et incepit fieri una cum obitu Jo. de Wissoc militis, anno 1423.

IV. — Obitus Guidonis de Vallibus subdiaconi.

III. — *Inventio Sti Stephani, duplex.* Ad vigiliam, I d., ad missam, I d.

II. — *Ste Walburgis virginis, duplex.* Memoria Guidonis de Ravenel sacerd. canonici.

NONAS. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi.

VIII. — Obitus Stephani de Mascons. Vacat.

VII. — Memoria patris et matris H. Morinensis episcopi.

VI. — Obitus Walteri Alard sacerdotis, semis LX s. Bursa Luketi debet.

V. — Obitus magri Michaelis de Mota, canonici sacerd. Cotidiana debet.

IV. — *Laurentii martiris, duplex.*

III. — Obitus domini Raymundi Saceti quond. Morin. episcopi et tempore sui decessus archiepiscopi Lugdunensis, fundatus per dominum Jacobum Martini. — Fabrica debet.

IDUS. —

XIX. — Obitus m^ri J. de Ligniaco officialis Morinensis subdiaconi et canonici.

XVIII. — *Assumptio beate Marie, duplex, cum processione.* Item pitantia, III s., ad vesperas, I d., ad missam, I d. et ad seras vesperas, I d.

XVII. — *Translatio Sancti Humfridi, duplex.*
Obitus Mathei decani Ariensis sacerdotis.

XVI. — Obitus Thome decani Laudunensis, sacerd. Item, Jo. de Rumilliaco cantoris, decani Laudunensis.

XV. — Tricenarium Egidii de Maseriis sacerd., canon. Super X^a de Wilra.

XIV. — Obitus Marchi penitentiarii, sacerd. Valet VI libr.

XIII. — Obitus P. de Preura prepositi Casletensis.

XII. — Obitus Drogonis episcopi, semis. Vacat. (Propter X^a de Ruminghem redemptam, folio CXV).
Obitus Johannis Monachi cardinalis. Fabrica debet.
Obitus B. de Wissant decani Morinensis, sacerdotis. Vacat.

XI. — *Octab. Sancte Marie, duplex.*
Obitus Thome decani Morinensis sacerdotis.

IX. — *Bartholomei apostoli, duplex.*

VIII. — *Ludovici regis, confessoris, duplex.*
Obitus G. de Lurastri, sacerdotis. Vacat.

VII. — Tricenarium Jo. de Fieffes dyaconi, archid. Fland. in ecclesia Morinensi.

VI. — Obitus Roberti Le Moiste.

V. — *Augustini episcopi, duplex.*

IV. — *Decollatio beati Johannis Baptiste*, IX lectiones.

III. — Obitus Ade sigilliferi, sacerdotis. Valet X lib. vacat (propter Ruminghem redemptam).

II. — Obitus J. de Balneolis canonici.
Obitus Bonifacii de Gamo dyaconi, canonici.
Pro mense Augusti, XII s.

Crastino beati Ludovici, missa de S^to Spiritu pro Matilde comitissa Atrebatensi. Ita fiebat ipsa vivente ; sed nunc fit ejus obitus in mense novembri.

[SEPTEMBER]

KAL. — Hic fit compotus minutorum brevium.
Egidii abbatis, duplex, cum libis.
Obitus Desiderii episcopi. Distributio communis valet XXXV lib.
Qui huic ecclesie multa beneficia contulit.

Pro obitu Desiderii episcopi cuilibet magno cappellano, III s. et quatuor liba. Item, cuilibet capellano perpetuo, XII d., II liba. Item, cuilibet vicario, II s. VI d. IIII liba. Dyacon. et subdyacon. non vicariis, XII d. II liba ; rectori scolarum, XVI s. pro obitu suo.

IV. — Obitus mag^ri^ P. de Ham subdiaconi (m^ri^ Petri Hamensis canonici).

III. — Obitus Johannis de Colona prepositi Ariensis.
Oibitus Walteri de Lenseles advocati.

II° Nonas septembris, obiit m. Walterus de Lensele advocatus qui dedit fabrice domum cum grangia, pro anniversario suo faciendo perpetuo, sitas in vico S^ti^ Audomari valoris ducentarum librarum. Item, dedit redditibus domini Sy. Luket in ecclesia Morinensi alias cameras suas sitas in eodem vico, pro distributionibus faciendis in quatuor festis beate Virginis, videlicet in singulis festis, in primis vesperis singulis promotis personaliter existentibus, I d., in missa, I d., et in secundis I d.

II. — Obitus J. Deassi sacerdotis, semis. (Cum isto fit sequens obitus Malini de Wasiers).

NONAS. — Obitus Johannis de Fienles presbiteri.

VIII. — Obitus Malini de Wasiers, semis.

VII. — Hac die celebrabatur missa S^ti^ Spiritus a post voyagium in Flandriam pro Karolo Rege Francorum nuper in mense novembri 1422 defuncto ; sed minime fiet.

VI. — *Nativitas virginis Marie duplex*, cum processione in die ad vesperas prope anth. hodie, III s. ; ad vesperas, I d. ; ad missam, I d. et ad vesperas, I d.

V. — *Audomari episcopi et confessoris, duplex.*

IV. — Obitus Roberti de Buketo, vacat.

III. — Obitus domini Phelicis capellani, valet LII s., semis. (Cum isto fit obitus Stephani de Quarellis in eodem mense).

II. — Obitus Milonis secundi Morin. episcopi, semis. Vacat. Qui a domino papa Alexandro III°, Anagnie ordinatus est episcopus. Inter cetera bona que eccl. nostre contulit, eam in libertate et integritate sua conservavit.

IDUS. — *Inventio Sancti Maximi, duplex.*
Obitus Jacobi Mor. episcopi cum libis. Distributio communis valet XXXV libr. Vicarii, XII d. et II liba.

XVIII. — *Exaltatio S^te Crucis.*

XVI. — Obitus Michaelis de Fienles subdiaconi.

XV. — Obitus Willermi de Planka sacerdotis.

XIV. — *Combustio civitatis Morinensis per Anglicos anno 1346.*

XIII. — Obitus Odonis de Ermenteriis subdiac. canonici (supra X^am de Stapulis).

XII. — Obitus Eustacii de Liskes militis et Yde ejus uxoris.

XI. — *Mathei apostoli et evangeliste, duplex.* Ad missam, II d.

X. — *Mauricii sociorumque ejus, duplex.*

IX. — Obitus mag^ri Arnulphi Fouwache capellani. Valet LXIIII s., can. XVIII d. capellanis, VIII d., dyacon. V d., subd. IIII d., puer. I d.

VII. — *Firmini episcopi et martiris, duplex.*

V. — Obitus Ingeranni de Creki episcopi Cameracensis.

IV. — Tricenarium J. de Balneolis subdiac., huj. eccl. canonici.

III. — *Michaelis archangeli, duplex.* Ad missam canonici habent VI d.

II. — *Jeronimi presbiteri duplex.*
Pro mense septembri XVIII s. VI d.

[OCTOBER]

KAL. —

VI. — *Ostensio Sancti Maximi,* cum processione, distributione et libis. Vicarii, XII d. II liba. Rector scolarum, XVI s. (Hac die ostensum Teruanne corpus beati Maximi Regensis episcopi a venerabilibus episcopis Milone secundo Morinensi, Bald° Noviomensi, R. Ambianensi, anno 1165°).

VI° mensis octobris, ostensum est Teruanne corpus beati Maximi Regensis episcopi a venerabilibus episcopis Milone secundo Morinensi, Balduino Noviomensi, Roberto Ambianensi, anno domini M° C° LXV°. Dum starent isti magni sacerdotes cum ipsius reliquiis super gradus stella venusti aspectus et oculos populi in se convertentes desuper radiabat. Et cum non soleant stelle inter dies apparere set latere et fulgori solis obumbrari et abscondi lucis diurni claritate, hujus vis adeo emicuit ut adversus diem suum fulgorem vendicaret.

V. — Obitus Radulphi de Placeto sacerdotis, decani Morin. Dedit IX libr.

II. — Obitus domini Stephani de Quarrellis capellani in eccl. Morin., semis.

NONAS. —

VIII. — Obitus Walteri penitentiari sacerdotis.

VII. — *Dyonisii sociorumque ejus, duplex.*
Memoria H. de Lugduno, sacerdotis.

VI. — Memoria fratris R. Fourre. Vacat.

V. — Tricenarium domini Phelicis capellani. Valet LII s., semis.

IV. — Tricenarium Jacobi Morin. episcopi. Valet XXXV lib. Remanet.

III. — Obitus Theobaldi de Pihem sacerdotis (dicti Horiel). Vacat.

II. — *Donatiani episcopi et confessoris, duplex.*

IDUS. — *Wulfranni episcopi et confessoris, duplex*, II d. — Dedicatio ecclesie Morin. (Hec dedicatio facta est a Milone priore episcopo anno M° C° LVII°).

XVII. — Obitus Petri de Orcheus dyaconi et canonici (ad X^am^ de Stapulis).

XV. — *Luce evangeliste, duplex.* Ad missam, II d.

XIV. — Obitus Arnulphi de Brugis, dyaconi et canonici.

XI. — Obitus Willermi de Boy subdyac. Valet II libr. remanet.

X. — Obitus Aveline, neptis Philippi quond. cantoris Morin. cum libis.

VIII. — Obitus domini Symonis de Gomo subdyac. Valet L s. semis.

VII. — Obitus Petri Culigarii subd. canon. semis. (Cum isto fit ob. Mabille).

VI. — Capitulum generale ; cuilib. canonico XX s.
Obitus Willelmi Lescuier subd. canonici. Vacat.

V. — *Symonis et Jude apostolorum, duplex.*

IV. — Obitus Yzabelle Belcante, semis. (Ysabelle de Ulmeto et memoria Theobaldi ejus fratris canonici).

III. — Memoria Jacobi Morin. episcopi. Valet VII libr. Remanet.

II. — Tricenarium R. de Placeto sacerdotis (Radulphi de Plesceto decani et presbiteri S^ti Quintini).
Pro mense octobris, XV s.

Anno domini M° C° XXXIII° consecrata est sancta ecclesia Morinensis, ydus octobris, die dominica, à Milone primo ejusd. ecclesie episcopo, Garino Ambianensi, Symone Noviomensi, Alviso Attrebatensi, regnante in Francia rege Ludovico, principante in Flandria Theoderico qui et ipse interfuit cum pluribus ipsius terre baronibus. Affuit etiam prepositus Audomarensis Ogerus cum corporibus sanctorum Audomari et Erkembodonis, episcoporum, Symon quoque abbas cenobii Sancti Bertini cum corporibus Sanctorum Bertini, Fulcuini, Silvini, Algerus (Aigerus) eciam abbas Bergensis cum corpore Sancti Winnoci. Interfuerunt quoque quamplures alii religiosi et ecclesiastici viri quos enumerare longum est. — *Copia ex libro apud Bulscamp in territorio Furnensi qui spectabat ecclesie Morinensi ut videtur.* — (Note marginale).

[NOVEMBER]

KAL. — *Festivitas omnium sanctorum, duplex*, cum processione et pitancia, III s.

IV. — *Commemoratio animarum, duplex*, cum distributione communi. Vicarii habent XII d. et duo liba. Rector scolarum, XVI s.

III. — Obitus Johannis (Philippi) episcopi Belvacensis.
Obitus m^ri Mathei Reginaldi, Morin. episcopi. (Vacat anno 1435).

II. — *Eustachii sociorumque ejus, duplex.*
Memoria Bouchardi de Galardon, subdiaconi.

NONAS. — Obitus Symonis Truye sacerdotis et canonici.

VIII. — Obitus Guidonis Pouche sacerd. cum pane uno. Valet LXX s., semis. (Cum isto fit obitus Ja. de Chena).

VII. — Obitus Jacobi de Chena, semis, subdyaconi.

VI. — Obitus domini Jacobi Martini. — Fabrica debet et assignatur super masuram de Monteloir in vico Aule.

V. — Memoria Jacobi Morinensis episcopi.

IV. — Semper in nocte ista beati Martini fit obitus mag^ri Dy. de Mota canonici sacerdotis. Fabrica debet.

III. — *Martini episcopi et confessoris, duplex.* Pro pitancia, III s.

Obitus domini Gasonis de Poisciaco militis et domine Clemencie uxoris.

II. — Obitus patris et matris Gasonis canonici, semis. (Cum isto fit ob. Mathei militis Squilacii et Montis Caverodis comitis.

IDUS. — Obitus Johannis de Monteforti.
Memoria Mathei militis, semis.

XVIII. — Obitus domini Gregorii socii canonici Morin. Semis. (Cum isto fit sequens).

XVII. — Obitus Hugonis Paliart dyaconi, semis.

XVI. — Obitus domini Guillermi de Putheo capellani. Valet XL s., semis. (Cum isto fit sequens).

XV. — Obitus H. de Lugduno. Valet XL s.

XIV. — Obitus J. Blancpain capellani.

XIII. — Obitus Dyonisii le Franchoiz sacerdotis, canon. de Taruanna. X^{a} de Zuitkerka debet.

XII. — Obitus J. de Aubigny, capellani. Vacat.

XI. — Obitus Jacobi de Eska capellani, semis. (Cum isto fit obitus Thome de Villaribus in altero mense).

X. — Obitus mag^{ri} Johannis de Puteolis sacerd.

IX. — Obitus Willermi Le Moiste.

VIII. — Obitus B[alduini] militis, castelani Attrebatensis.

VII. — *Katherine virginis et martiris, duplex.*
Obitus Rollandi (de Parma) Lupi. Valet VII libr.
Item, obitus Mathei de Villabaone. Vacat.

VI. — Obitus Mathildis comitisse Attrebatensis. — Fabrica debet.

V. — *Maximi episcopi et confessoris, duplex*, cum processione et distributione et libis II. Capellani, I libum ; et etiam quilibet, III d. Rector scolarum, XVI s.

IV. — Obitus Mathei de Chayeu, canonici Morin. subdyac. Semis. Bursa celarii debet, super molendina.

III. — Obitus mag^{ri} Jacobi de Meldis sacerdotis.
Item, obitus Ingerranni de Creki episcopi, VI lib. III s.

II. — *Andree apostoli, duplex.*
Obitus mag^{ri} Egidii de Johanne sacerd. capellani Morin.
Item, obitus Hugonis de Anvin decani Morin. Vacat.
Pro mense novembri, IX s. VI d.

Dominica prima adventus, sit duplex quantum ad pecuniam.

Nota quod in martirologio antiquo in libraria Morin. existenti habetur : ab anno domini M C LXXVIII, festo S^ti Andree apostoli, duplicia celebrantur.

Statutum etiam est ut in perceptione dominici corporis, totus chorus in oratione prosternatur juxta illud : *Adorate scabellum pedum et quam sanctum est.*

[DECEMBER]

KAL. — Memoria Jacobi quondam Morinensis episcopi.

IV. — Obitus Johannis Edri canonici dyaconi. Vacat.
Obitus domine Johanne de Luxemburgo, domine d'Antoing. Obitus plenus. Canonic., II s. Cotidiana debet.

II. — *Octab. S^ti Maximi, dnplex.* Distributio ut supra in morte ejus. Rectori scolarum, XVI s.

NONAS. — Obitus Johannis Le Moiste.

VIII. — *Nicholay episcopi et confessoris, duplex*, pp. antiphonam : *O cristi pietas.* Canonici, III s.

VII. — Obitus domine Marie de Seninghem.

VI. — *Conceptio Sancte Marie, duplex.* In primis vesperis, II d., ad missam, II d. et ad vesperas, II d.

V. — Obitus Sigeri de Eka presbiteri, valet LXIIII s. Canonici, XVIII d., presbiteri, VIII d., dyacon., V d., subd. IIII d., pueri, I d.

IV. — Memoria Rogeri de Agnania subd. et huj. eccles. canonici.

III. — Obitus Bonifacii Alemant. Vacat.

II. — Obitus Radulphi Fourre diac. et canonici Morinensis. Valet X., libr. Capitulum debet.

IDUS. — Obitus Yolendis de Flandria quondam comitisse de Barro et domine de Casleto. Canonicus habet in vigiliis II s. et in die, ad missam, V s. Quatuor magni cappellani in vigilia, XII d. et ad missam, II s. Capellani presbiteri, in vigilia, X d., et ad missam, XX d. Vicarii ad vigil., V d. et ad missam, X d. Puer quilibet, VI d. pro luminari, III s. pro pulsatione, II s. pro fabrica, II s. VI d., pro offertorio, XIII d.

XVIII. — Obitus Bernardi de Gant subd. et canonici.
XVII. — Obitus magri Michaelis de Mota canonici sacerd. semis. Cotidiana bursa debet.
XIII. — Obitus magri N. de Blaisiel capellani. Valet CX.
XII. — *Thome apostoli, duplex.*
XI. — Obitus Thome de Villaribus dyaconi, semis.
X. — Propter antiphonam : *O virgo virginum*, canonici, III s.
Obitus Jacobi de Stapulis archid. Flandren. dyaconi. Valet VIII libr.
IX. — Obitus Willermi de Creki prepositi quondam Ariensis, sacerd. et hujus ecclesie canonici.
VIII. — *Nativitas domini, duplex*, cum processione. Item pitancia, III s.
VII. — *Stephani prothomartiris, duplex.*
VI. — *Johannis apostoli et ewangeliste.* Tricenarium Ingerranni de Creki episcopi. Semis, fabrica debet.
V. — *Sanctorum Innocentium, duplex.*
II. — *Silvestis pape*, cum libis.
Pro mense decembri, XX s. VI d.

Sequuntur obitus qui non continentur in martirologio et de novo fundati.

Obit. Jo. du Pehoue thesaurarii.
Obit. R. Amouret can. subdiac.
Obit. Jo. d'Orliens decan. presb.
Ob. Eustac. Canis capell. semis.
Ob. Jo. Routier, capni, semis.
Ob. N. Clabaut, decani.
Ob. Petri Morel can. presb.
Ob. N. de Nicles capni, semis.
Ob. Ja. Andree penitentiar.
Ob. Willelmi Canotte capni, semis.
Ob. Ade Roussel can. dyac.
Ob. magri Go. Austin. can. sub.
Ob. mri B. de Fienles, archid.
Ob. Jo. de Apibus scolast. presb.
Ob. Willelmi Cassine penit. presb.
Ob. R. de Campobernard can. pr.
Ob. m. Reginaldi ep. Morinens. (fit XVIIa mense decembris).
Ob. m. Jo. Tabari, ep. Morinens. (fit XVI die februarii).
Ob. m. Jo. d'Orgemont ep. quond. Morinensis.

Ob. m. Jo. Le Carpentier presb.
Ob. m. Simonis Moulle et ejus uxoris. Semis.
Ob. Clementis Ancquier cap^ni. Semis.
Ob. Anselmi Catous.
Ob. m. B. Boet canon. subdiac. Semis.
Ob. domini Jo. Fabri capellani.
Ob. Ja. de Hemont.
Ob. m^ri Michaelis Grenet.
Item, ob. domini Jo. de Dohem can^ci. Plenus.
Item, ob. domini Ja. de Wisque, canonici Sancti Quintini et quondam Morinensis.
Item, obitus plenus domini Nicolay Matinee, canonici Morinensis.
Item, obitus domini Nicasii Bayard, thesaurarii presbiteri.
Item, obitus domini Jo. de Bequa, canon.
Item, serus obitus m. Mathei Reginaldi (fit in crastino commemorationis animarum, vita Jo. Balu durante). Bursa obitum solvet.
Item, die crastina beate Marie Magdalene, fit ob. domin. Johannis de Wissoc, militis. Fabrica debet.
Item, sequenti die, fit ob. domine Marie domine de Holande uxoris ejusdem. Fabrica debet.
Obit. domine Johanne de Luxemburgo uxoris domini d'Antcing.
It., duo obitus pro m. Willelmo de Busco canon. Morin. super melendinis dictis d'Ostremolin.
It., III^us ob. ejus, pro domo sua claustrali.
It., ob. dom. Jo. de Hagha, canonici.
It., ob. m^ri Jo. Malefiance, canon.
It., ob. dom. Thome de Dompiere, can.
It., ob. dom. Egidii de Turre, canonici.
It., ob. dom. Johannis Balu.
It., ob. m. Johannis Regis.
It., ob. m. Henrici de Syvria.
It., ob. m. Stephani Renti.
It , ob. m. Johannis Baudenot.
It., ob. m. Erardi Moriseti, canonici.
It., ob. ducis Bethfordie, pro quo dedit quinque campanas.

II

